CHARACTERES GENERUM PLANTARUM,

QUAS
IN ITINERE
AD INSULAS
MARIS AUSTRALIS,

Collegerunt, Descripserunt, Delinearunt,

ANNIS MDCCLXXII—MDCCLXXV.

JOANNES REINOLDUS FORSTER, LL.D.
Societ. Reg. Scient. ut & Antiq. ap. Lond. Sodalis.
ET
GEORGIUS FORSTER.

LONDINI,
Prostant apud B. WHITE, T. CADELL, & P. ELMSLY.
MDCCLXXVI.

41
186
174

SERENISSIMO INVICTISSIMOQUE

GEORGIO TERTIO,

MAGNÆ BRITANNIÆ,

FRANCIÆ ET HIBERNIÆ REGI,

DEFENSORI FIDEI,

BRUNSVIGIÆ ET LUNEGURGI DUCI,

S. R. I. ARCHITHESAURARIO ET ELECTORI.

Latin. 19

3

SERENISSIME REX,

CLEMENTISSIME DOMINE.

TOT, tantaque extant monumenta REX CLEMENTISSIME, TUI in optimarum litterarum ſtudia, et ingenuas artes favoris, ut totius orbis oculi in TE ſint converſi, omnes eruditi bene actum de Scientiis Artibuſque ſub TUO regno pronuncient, communique voce BRITANNIÆ noſtræ talem gratulentur Regem.

Neque id immerito prædicari, in propatulo eſt. Nunquam enim ab omni ævo Scientiæ ingenuæque artes tanta incrementa tam brevi tempore in una gente ceperunt; nullibique tanta munificentia profeſſores Scientiarum artiumque ſunt ſublevati, quam a TE DOMINE CLEMENTISSIME, in Britannico populo.

Vidimus imprimis TE Picturam, Scalpturam, Statuariam, Plaſticen et Graphicen adeo in propriam clientelam recepiſſe, foviſſe, remuneraſſe, ut jam conſtet hoc TUO patrocinio excitatos artifices Britannos non ſolum aliarum gentium ingenia claritate aſſequutos eſſe, verum & gentem ſuam nobilitaſſe operibus ſuis: quantumque Architectonice ſub TUIS maxime auſpiciis profecerit, ſplendida undique magnæque nobilitatis ædificia teſtantur.

Verum nolumus in enumerandis munificentiæ TUÆ in artes exemplis prolixiores eſſe, quum picturæ claræ, ingenioſiſſimæ Scalpturæ, vaſa & toreumata elegantiſſimæ formæ, aliaque immortalia artis opera, gloriam ævi noſtri, adhuc indies creſcentem, feræ poſteritati ſint traditura. Sororiæ arctoque vinculo junctæ Artes, Poëſis, Eloquentia, Muſice, ita hoc noſtro ævo ſunt excultæ, ut SECULUM AUGUSTEUM nondum in BRITANNIA extinctum eſſe omnibus pateat.

Neque

Neque TUA REX SERENISSIME patientia modeſtiaque abuti volumus pluribus enarrando ſingula incrementa cujuſvis Scientiæ. Qui enim Doctrinas vel ſaltem a limine ſalutarunt, probe norunt; Medicinam noſtra ætate ſolis inniti experimentis, & ad ſummam perfectionem magnis paſſibus viam eſſe ingreſſam; Hiſtoriæ non ſolum hoc ævo licuiſſe liberrime vera ſcribere, verum et in lucem proferre ea, quæ ab aliis gentibus anxiè et curioſè inter ſecreta imperii celantur; Rem ruſticam et Horticulturam non ſolum promoveri, verum etiam veræ agrorum hortorumque culturæ elementa ſedulo inveſtigari, et ex ipſis Naturæ receſſibus hominum ſolertia cuncta ad hujus primæ maximæque Scientiæ incrementa undique colligi, novaque et utilia inventa præmiis donari, denique et honorem gloriamque addi culturæ, quum inter ſtudioſos Rei ruſticæ, Britanniæ Senatores & Magnates emineant.

Codex Sacer Hebræus TUIS ſub auſpicis et TUA imprimis munificentia, cum Manuſcriptis plus quam CCCC collatus eſt; quo laborioſo ingentiſque molis opere effectum, ut in poſterum Critica Sacra in majori verſari poterit luce, divinaque oracula melius intelligi, facilius explicari, & invictius veritates eorum aſſeri queant.

Unaquæque harum Scientiarum Artiumve ſic promota vel ſublevata amplam ſatis materiem præberet laudes Principis qui eam foviſſet deprædicandi, felicitatemque temporum canendi, quo Muſis liceat in ipſo Palatio familiariter verſari.

At exſtant multo majora exempla TUÆ prorſus Regiæ munificentiæ & TIBI, DOMINE CLEMENTISSIME, merito debiti æterni honoris. Societas enim noſtra Scientiarum, TUA liberalitate ſublevata homines doctos magno cum apparatu inſtrumentorum, ablegavit in partem globi noſtri oppoſitam, inter gentes vix notas & terras ſub auſpiciis TUIS primum exploratas, ad viſendam, accuratiſſimeque obſervandam Veneris Stellam trans Solis orbem euntem.

Verum et hoc TUUM beneficium in ſolam Aſtronomiam redundare noluiſti, ſiquidem id ſimul providiſti ut Scientia naturalis & Geographia ingentia caperent incrementa, & ut Navigatio uſu commodiore & faciliore Tabularum Lunarium ſimul et accuratiſſimas publicando Tabulas Geographicas fieret magis compendioſa, minuſque periculoſa. Et quum hæc TUA *Britannia*, marium regina, commerciis indies diteſcat, nil quiſquam magis acceptum, magiſque ſalutare genti audentiſſimæ et feliciſſimæ comminiſci potuiſſet. Hinc quoque Populus Britannicus, ob hæc ingentia in ſe & univerſum genus humanum beneficia, TE, PRINCEPS OPTIME, PATREM PATRIÆ

vere-

verecundè compellat, sanctè veneratur et ex animo amat.

Ne vero quicquam in Orbe, quem incolimus, esset inexploratum, quodque gens Britannica non investigasset, ante hoc quadriennium nos jussisti mare *Notium* ultra humanos situs & navigationum anteriorum terminos, quousque modo navigabile esset, penetrare. Quæ hoc novo Itinere præstita sint, quot, quantæque novæ maris Pacifici insulæ a nobis primum exploratæ, quot gentes visæ, quanti Naturæ thesauri inde relati, quantum lucis Astronomiæ, Geographiæ, et Physicæ inde accesserit, jam fama percrebuit; verum & cuncta brevi cum orbe erudito communicata patebunt.

TUA CLEMENTIA HUMANITATEQUE freti, nos quoque audemus hasce *Primitias Floræ Orbis Notii*, TUIS auspiciis a nobis sedulo descriptas et delineatas, TIBI REX CLEMENTISSIME, ea qua par est animi reverentia et pietate consecrare.

Propriis igitur annue benefactis, DOMINE CLEMENTISSIME, & patere ut et hocce opus sit monumentum, ex quo orbi erudito innotescat, quanto favore TU amœnissimam Naturæ Scientiam complectaris: hæcce TUA clementia simul animum nobis addet ut reliquas

liquas Faunæ Floræque Auſtralis divitias poſſimus ſub TUIS auſpiciis in publicam emittere lucem: et dum

Spiritus hos reget artus,

erimus,

REX SERENISSIME,

DOMINE CLEMENTISSIME,

MAJESTATI TUÆ,

devotiſſimi Clientes,

JOANNES REINOLDUS FORSTER, ET
GEORGIUS FORSTER.

6

I N D E X.

A

ACiphylla pag. 135
Acronychia - 53
Adenostemma - - 89
Aleurites - - - 111
Ancistrum - - 3
Aporetica - - - 131
Argophyllum - - 29
Artocarpus - - 101
Ascarina - - - 117
Athrodactylis - - 149
Aytonia - - - 147

B.

Bæobotrys - - - 21
Balanophora - - 99
Banksia - - - 7
Barringtonia - - 75
Blackburnia - - 11
Brachyglottis - - 91
Breynia - - - 145

C.

Carpodetus - - 33
Casuarina - - - 103
Ceodes - - - 141
Codia - - pag. 59
Commersonia - - 43
Coprosma - - 137
Corynocarpus - - 31
Crossostylis - - 87
Cyrtandra - - - 5

D.

Decaspermum - - 73
Dentella - - - 25
Dicera - - 79
Dichondra - - - 39
Donatia - - 9
Drimys - - 83

E.

Elatostema - - 105
Embothrium - - 15
Epacris - - 19
Epibaterium - - 107
Euodia - - - 13
Euryandra - - 81

G.

Gahnia - - 51
Geniostoma - - 23

Gingidium

I N D E X.

Gingidium - pag. 41
Glochidion - - 113
Gynopogon - - 35

H.

Haloragis - - - 61
Hedycarya - - 127

I.

Inocarpus. - - 65

L.

Laxmannia - - 93
Leptofpermum - - 71
Lophanthus - - 27

M.

Maba - - 121
Mallococca - - 77
Melicope - - - 55
Melicytus - - - 123
Meliftaurum - - 143
Melodinus - - 37
Meryta - - - 119
Mniarum - - pag. 1
Myroxylon - - 125

P.

Pemphis - - 67
Pennantia - - 133
Phormium - - 47
Phyllachne - - 115
Plagianthus - - 85
Polyfcias - - - 63
Pometia - - - 109

R.

Ripogonum - - 49

S.

Schefflera - - 45
Scopolia - - - 139
Shawia - - 95
Sheffieldia - - 17
Skinnera - - - 57

T.

Tacca - - - 69
Thelymitra - - 97
Thryocephalon - - 129

PRÆFATIO.

TANTA optimarum litterarum, Artium et Scientiarum in Magna Britannia eſt felicitas, ut non ſolum in ea vegetent, floreant, vigeant, verum etiam maxima incrementa quotidie capiant. Id certe amori debetur quo univerſa gens Britannica in litteras et ſcientias fertur: verum præterea Proceres et Magnates gentis litteratæ, ſæpiſſime inter doctiſſimos viros familiariter verſantur, eoſdem æmulantur, et non raro merita eruditionis ſummæ laude fulgent. At quantum Muſæ Clementiſſimo Regi Magnæ Britanniæ GEORGIO tertio debeant, omnibus eſt notiſſimum. Inter Artes Picturam, Architectonicen, Horticulturam fovet; inter Scientias, Res Nautica, Geographia, Aſtronomia, et Scientia Naturalis ita ab optimo principe in tutelam ſunt ſuſceptæ, earumque cultores patrocinio, ſalariis, honoribus ſunt condecorati, ut facile pateat quicquid in hiſce Scientiis magnum et utile ſit repertum, imprimis Regiæ munificentiæ, regioque favori debeatur. Quatuor itinera circa hunc noſtrum globum terraqueum ſuſcepta, ſupradictas Scientias miris incrementis auxerunt. Tria horum itinerum ab Oriente Occidentem verſus ſunt ſuſcepta: quarto recentiſſimo itinere nos ſoli ab Occidente in Orientem navigavimus & primi fuimus qui hoc inter XIX. celebres peregri-

natores perfecimus. Et quod mirum dictu ultra Circulum Antarcticum ad LXXI. Latitudinis Auſtralis quem vocant Gradum proceſſimus, et ulterius progreſſuri fuiſſemus, ni glaciei ingens moles viam obſtruxiſſet. Hujus itineris Socius Clementiſſimi Regis juſſu, ego cum filio deſignati fuimus anno MDCCLXXII. pauculis ante navis diſceſſum diebus, ut in eo res naturales paſſim obvias, collectas deſcriberemus, earumque formas delinearemus. Exinde ad id imprimis omne ſtudium, omnemque animi intentionem impendimus, ut quantum per vires, profectus, facultateſque noſtras liceret, nihil in his oris inexploratum maneret, utque res Naturales ita deſcriptæ, delineatæque cum orbe erudito communicarentur, ut nemini in poſterum deſiderium ſupereſſet eaſdem regiones rurſus adeundi, ac de novo omnia examinandi. Quum vero ad Caput Bonæ Spei perveniſſemus, regionem prædivitem plantis, avibus, animalibuſque omnis generis prorſus novis; fere excidi de ſpe quam antea ſuſceperam, quod viderem me cum filio juvene prorſus impares eſſe ad hoc ingens et maximæ molis negotium. Erant enim nobis plurimæ plantæ colligendæ, ideoque valles longinquæ monteſque prælti, ſilvæque impeditæ perreptandæ; erant et aves necandæ ſclopeto, piſces capiendi, teſtacea in maris littoribus et inter rupes corradenda; Sed hæc omnia erant denuo examinanda, delineanda in tabella, et ſecundum normam artis deſcribenda antequam marceſcerent vel perirent, dein inter Chartas reponenda, ſæpius vertenda, ſiccanda; multa in Spiritum Vini immergenda. At quo plus operis mihi parari credebam, tanto plus animo forti contra audere inſtitui, nec ullo vel maxime improbo labori parcere mecum decrevi: at

quod

quod tunc undique in Promontorio Bonæ Spei ingentes Thesauri rerum naturalium, ante oculos meos essent expositi, exinde hariolabar omnes regiones quas adituri essemus iisdem divitiis affluere, ideoque facile judicium inde facere licuit, manus nostras nequaquam posse sufficere tantæ messi; itaque circumspiciebam quam potissimum rationem inirem, ne multa inexplorata remanerent in illis oris; et en ultro nobis sese obtulit optimus ac eruditissimus Juvenis *Andreas Sparrmannus*, M. D. Upsaliensis, Magni Illustrisque *Linnæi* discipulus, qui tunc temporis ad Promontorium Bonæ Spei, Floræ Faunæque sacra faciebat, et rogatus a nobis paratissimum semet futurum ad hoc negotium et iter longinquum suscipiendum pollicitus est. Eum itaque Socium et adjutorem laborum nobis adjunximus. Quum igitur in terram exscenderemus omnes simul pro virili aves, plantas, pisces, et testacea colligere cepimus; in navem reduces facti, cuilibet provincia separata concredita est. *Sparrmannus* plantas describebat, Filius easdem delineabat; ego vero totum me Zoologicis descriptionibus dicabam. Verum dum Sparrmannus plantas accuratius examinaret, filius et ego sæpe in consilium vocati in commune consulebamus. Dein plantas descriptas filius in aliud volumen digessit; ego cuncta revisi, antequam descriptiones rursus in aliud volumen et secundum Ordinem Systematis Linnæani transcriberentur; et dum Sparrmannus cum filio in his occupati essent, ego rursus novas plantas et alias naturæ divitias colligebam, et prospiciebam ne vacuis manibus ex ullo discederemus loco. Hæc sufficiant in genere dicta de ratione quam potissimum inivimus in describendis, delineandis, colligendis, et digerendis rebus natura-

libus. Nunc quædam de instituto hujus opellæ sunt dicenda.

Quantum utilitatis in Scientiam naturalem et Botanicen ex *Institutionibus Rei Herbariæ* Viri immortalis TOURNEFORTII, redundaverit, nemo ignorat, qui hanc Scientiam vel a limine salutaverit. CAROLUS PLUMIER eadem methodo usus *Genera* sua *Americana* publicavit; et omnes insignes ex eo tempore Botanici presse eorum vestigia legentes, semper partes floris et fructificationis nobis dissectas, delineatasque obtulere. *Summus* ævi nostri Naturæ Mysta, et acutissimus Botanicorum Antesignanus, CAROLUS LINNÆUS sua *Genera Plantarum* ad eandem normam disposuit, ubique lectores ad Tabulas *Tournefortii* et *Plumierii* referens. Itaque id primum ad memoriam nostram adjutandam fecimus, ut Characteres novorum generum delinearemus et describeremus *separato* opere. Verum paullo post et viris eruditis non ingratum, et tyronibus haud inutile futurum sperantes, si hoc idem opusculum separatim publicaremus, novis curis totam opellam ad limam vocavimus et nunc in publicum emittimus.

Systema Illustris Equitis *Caroli a Linne* sumus secuti, quod in eodem plurima sint genera methodo quidem artificiali, at quod sciamus hactenus optima, digesta, insigni diligentia et summo judicii acumine. *Ordines* multi crepant *naturales*, nos scimus suis nævis Linnæanum laborare Systema, at neminem adhuc vidimus qui nos meliora et rectiora docuerit: Id certissimum, heic terminos adhiberi definitos et optime adaptatos, et omnes ingenii judiciique vires ad id adhibitas esse a summis nostri ævi

Botanicis,

Botanicis, ut hoc Botanices Syſtema quantum fieri poſſit perfectiſſimum et limatiſſimum evaderet: nec ullus dubito hoc idem Syſtema, temporibus futuris viam pandere poſſe ad diſponendas plantas per ordines naturales: Sequamur igitur hanc viam, *donec veniet tempus, quo iſta quæ nunc latent, in lucem dies extrahet, et longioris ævi diligentia* *.

Si recte conjecturam facimus erunt plures, qui mirabuntur in hacce opella LXXV. tantum nova Plantarum Genera exhiberi, in regionibus hactenus intactis et rerum naturalium divitiis luxuriantibus reperta, et credent profecto nos ſordidulam ſymbolam in commune contuliſſe, imo forte nos negligentiæ vel deſidiæ accuſabunt. Optimum forte conſilium foret hujus generis homines nihili pendere et rem ſilentio præterire, at quod horum importuna loquacitas non raro et viros principes moveat, et in ſententiam ſuam pertrahat, heic loci opportunum duximus paucis verbis rem exponere.

Primum obſervatum id volumus, nos non raro plantas in nonnullis rebus a notis generibus recedentes, verum tamen in aliis eiſdem affines, ad genera antiqua amandaſſe. Satis enim jam eſt novorum nominum in Scientia, quæ ob hunc ingentem generum numerum mole laborat ſua; parce igitur et ſobrie, et non ſine neceſſitate jure noſtro nova creandi genera ſumus uſi. Idem quoque in ſpeciebus plurimis fecimus et ſatius duximus eaſdem ſi non prorſus certiſſimæ et conſtantiſſimæ adeſſent

* SENECA.

differentiæ,

differentiæ, ad varietates ejuſdem ſpeciei referre, quam leviter novas ſpecies condere.

Dein quoque id ſcitu eſt neceſſarium, etſi per triennium abſentes fuimus, non tamen omne id tempus, et ne quidem majorem ejus partem in terra fuiſſe. Nam in univerſum tantum XXXII. hebdomadum et I. diei ſpatio in terræ vicinia fuimus, anchorâ navis in portum demiſſa. Sed hoc quoque multum videbitur, verum ſatis amplum exinde ſpatium eſt ſubducendum, nempe ſomni, cibique capiendi; dein plantæ non in primo littore erant legendæ, ſed magna pars inſulæ circa quam hærebamus erat peragranda pedibus, montes præalti ſcandendi, ſilvæ inviæ perreptandæ, littora maris et ſcopuli erant examinandi, aves ſclopeto necandæ, piſces colligendi vel ab incolis coemendi, mores incolarum obſervandi, & vocabula linguæ eorum colligenda. Præterea non raro in nave erat mihi ſubſiſtendum, donec cymba in littus proximum mitteretur. In prorſus novis inſulis, incolæ nos quidem circa littora vagari ſinebant, ſed ab interioribus inſulæ ſuæ partibus arcebant, nec ſine periculo ſolus cum famulo; vel etiam filio, Sparrmannoque ſtipatus, longius a nave vagari poteram, et tamen ſæpe non ſine ſummo vitæ diſcrimine id auſi ſumus, dummodo inde ditiorem plantarum vel aliarum rerum naturalium meſſem ſperaremus.

Neque id parvi momenti eſt, quod in Novam Zeelandiam ſero autumno appulerimus anno MDCCLXXIII. et in hyemem uſque ibi perſtiterimus; et ſecunda vice primo vere et tempore admodum frigido et paucis florentibus ſtirpibus. Tertio iterum primo vere perbrevem illic moram fecimus. Intra inſulas tropicas

ſemper

ſemper hyemali tempore navigavimus, quum non adeo multas florentes videremus plantas. Verum de hiſce Tropicis Inſulis aliud quoque obſervandum: Orientem ſpectantes inſulæ, ubi ob amicitiam incolarum et humanos mores licentius vagaremus, non ſunt magnæ molis, nec ultra aliquot leucas extenſæ, et ſtirpes paucas, non ultra CCCC in univerſum producunt, quarum bona pars ſunt notæ, reliquæ novæ; at non omnes uno tempore florent, itaque nonniſi paucas colligere potuimus. Occidentales ſunt quidem ditiores, uti ſuſpicor, ſtirpium varietate; at quod mores incolarum eſſent minus mites, et quod nos arcerent ab inſpiciendis locis a littore remotis et quod perpaucos tantum dies inter eas moraremur, non niſi deguſtatis Floræ Tropicæ divitiis ab iis diſceſſimus.

In terris Auſtralibus, de quibus plerique forte prægrandes nimiaſque ſpes conceperant, nihil prorſus a nobis repertum. *Terra* quam vulgo vocant *del Fuego* pauciſſimas nobis obtulit plantulas; portus enim in quem appulimus ſaxis ingentis molis nudis undique erat cinctus, apicibus nive tectis; et nonniſi pauciſſimæ ſtirpes in cavis rupibus inter muſcos miſere vitam agebant. In Inſula quam dein reperimus nonniſi duas in univerſum ſtirpes vidimus, videlicet Sanguiſorbam officinalem, et Dactylin glomeratam: Omnes enim montes medio Januarii nive erant obruti ad plurium pedum altitudinem et valles completæ glacie, quæ ni fallimur a creati mundi primordiis illic fuit accumulata, et omnia gelu et frigore ſqualida.

Inter Capenſes plantas plures obſervavimus novas, at quod ſciremus virum doctiſſimum LAURENTIUM BURMANNUM Floram Ca-

penſem

penſem moliri; et acutiſſimum naturæ ſcrutatorem Doctorem C. P. THUNBERG ingentem copiam ſtirpium ad Prom. B. Spei collegit, examini ſubjeciſſe et rite deſcripſiſſe, noluimus in alienam meſſem immittere falcem, et præripere his Doctiſſimis Viris bene meritam laudem inſtruendi, adornandique *Floram Capenſem* omnibus numerisabſolutam.

Iis quæ modo diximus bene penſitatis, æqui judices facile colligere poterunt, nos pro virili quæ noſtri fuere officii procuraviſſe; nec credent id ſpernendum quod LXXV. nova genera et ad eadem ſpectantes ſpecies XCV. aliaſque præterea circiter CLXX. ſpecies ſub generibus Linnæanis militantes delineatas deſcriptaſque ſervemus. Sunt præterea a nobis plus quam CC. animalium novæ ſpecies obſervatæ, quarum deſcriptiones brevi in publicum emittere eſt animus.

Dabam Londini, Kalendis Novembribus, MDCCLXXV.

Sequentia ſphalmata typographica B. L. ſic. benigne corrigat.

In Epiſtola Nuncupatoria, p. vii. l. 18, auſpicis, *lege* auſpiciis.
In Præfatione, p. viii. l. 2, collegit, *lege* collegiſſe.
In ipſo opere, p. 40, l. 3, flore, *lege* flori.
P. 62. l. 2, *poſt* vox compoſita, *adde* ex.
Ibid. l. 7, *b*, lege *c*.
P. 84, l. 14, germina, *lege* gemma.
P. 104, l. 3, huci, *lege* huic.
P. 110, l. 12, femiueus, *lege* femineus.
Ibid. l. 14, *d*, lege *h*.
P. 114, l. 9, *g*, lege *f*.
Ibid. l. 11, *d*, lege *h*.
In Indice Generum, N°. 70, GRISELINIA, *lege* SCOPOLIA.
Et ſi quæ alia *humana incuria fudit* errata, non ægre ea B. L. corrigas.

INDEX GENERUM.

Monandria Digynia,	1. MNIARUM.
Diandria Monogynia,	2. ANCISTRUM.
	3. CYRTANDRA.
	4. BANKSIA.
Triandria Trigynia,	5. DONATIA.
Tetrandria Monogynia,	6. BLACKBURNIA.
	7. EUODIA.
	8. EMBOTHRIUM.
Pentandria Monogynia,	9. SHEFFIELDIA.
	10. EPACRIS.
	11. BÆOBOTRYS.
	12. GENIOSTOMA.
	13. DENTELLA.
	14. LOPHANTHUS.
	15. ARGOPHYLLUM.
	16. CORYNOCARPUS.
	17. CARPODETUS
	18. GYNOPOGON.
Digynia,	19. MELODINUS.
	20. DICHONDRA.
	21. GINGIDIUM.
Pentagynia,	22. COMMERSONIA.
Polygynia,	23. SCHEFFLERA.
Hexandria Monogynia,	24. PHORMIUM.
	25. RIPOGONUM.
	26. GAHNIA.
Octandria Monogynia,	27. ACRONYCHIA.
	28. MELICOPE.
	29. SKINNERA.
Digynia,	30. CODIA.
Tetragynia,	31. HALORAGIS.
Pentagynia,	32. POLYSCIAS.
Decandria Monogynia,	33. INOCARPUS.
Dodecandria Monogynia,	34. PEMPHIS.
Trigynia,	35. TACCA.
Icosandria Monogynia,	36. LEPTOSPERMUM.
	37. DECASPERMUM.
Polyandria Monogynia,	38. BARRINGTONIA.

INDEX GENERUM.

Polyandria Monogynia,	39. Mallococca.
	40. Dicera.
Trigynia,	41. Euryandra.
Tetragynia,	42. Drimys.
Monadelphia Polyandria,	43. Plagianthus.
	44. Crossostylis.
Syngenefia Polygamia Æqualis,	45. Adenostemma.
Polygamia Superfiua,	46. Brachyglottis.
Polygamia Segregata,	47. Laxmannia.
Monogamia,	48. Shawia.
Gynandria Diandria,	49. Thelymitra.
Monoecia Monandria,	50. Balanophora.
	51. Artocarpus.
	52. Casuarina.
Pentandria,	53. Elatostema.
Hexandria,	54. Epibaterium.
	55. Pometia.
Adelphia,	56. Aleurites.
Syngenefia,	57. Glochidion.
Dioecia Monandria,	58. Phyllachne.
	59. Ascarina.
Triandria,	60. Meryta.
	61. Maba.
Pentandria,	62. Melicytus.
Polyandria,	63. Myroxylon.
	64. Hedycarya.
Polygamia Monoecia,	65. Thryocephalon.
	66. Aporetica.
Dioecia,	67. Pennantia.
	68. Aciphylla.
	69. Coprosma.
	70. Griselinia.
	71. Ceodes.
	72. Melistaurum.
Trioecia,	73. Breynia.
Cryptogamia Algæ,	74. Aytonia.
Appendix Palmæ,	75. Athrodactylis.

FINIS.

MONANDRIA.

DIGYNIA.

1. MNIARUM.

CAL. *Perianthium* ſuperum, quadripartitum, minimum perſiſtens, laciniis æqualibus, acutis.
COR. nulla.
STAM. *Filamentum* unicum, capillare, calycem paullo ſuperans, ejus baſi inſertum. *Anthera* ſubrotunda, quadriſulca.
PIST. *Germen* inferum, ovatum, duriuſculum, calyce paullo longius. *Styli* duo filiformes longitudine Staminis. *Stigmata* ſimplicia.
PER. ——— induratum, uniloculare.
SEM. unicum, minimum.

Biflorum. 1. MNIARUM.

Nomen derivatum a *μνίαρος*, *muscosus*.

EXPLICATIO TAB. I.

FIG. *a.* Flos magnitudine naturali.
b. idem, lente auctus.
c. Calyx.
d. Stamen magnitudine naturali.
e. idem, auctum.
f. Germen magnitudine naturali.
g. idem, auctum.
h. Pericarpium magnitudine aucta.
i. idem dissectum.
k. Semen magnitudine aucta.

DIANDRIA

MONOGYNIA.

2. ANCISTRUM.

CAL. Communis f. capituli e foliolis linearibus paucis, deciduis.
Perianthium proprium turbinatum, quadridentatum pilofum, denticulis cylindricis, apice ariftatis: ariftâ longâ fetaceâ, hamis quatuor reflexis terminatâ.

COR. monopetala infundibuliformis, fupera. *Tubus* breviffimus patulus. *Limbus* quadrifidus, laciniis fubæqualibus, obtufis, longitudine tubi, patentibus.

STAM. *Filamenta* duo capillaria, fundo corollæ adnata, corollâ duplo longiora. *Antheræ* fubrotundæ.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis longitudine Corollæ. *Stigmata* plura penicillata.

PER. nullum. *Fructus* in fundo calycis.

SEM. unicum, oblongum.

REC. commune nudum, anguftiffimum.

Anserinæfolium. 1. ANCISTRUM.

Nomen ortum a voce Græcâ *αγκιςρον*, *hamus*, seu *Sagitta*.

EXPLICATIO TAB. II.

FIG. *a.* Flos magnitudine naturali.
b. Calyx magnitudine naturali.
c. idem auctus,
d. Corolla magnitudine naturali.
e. eadem, aucta.
f. Stylus magnitudine naturali.
g. idem, lente auctus.
h. Semen naturali magnitudine.

3. CYRTANDRA.

CAL. *Perianthium* monophyllum, inferum, ovato-oblongum, quinquefidum, ſub-bilabiatum, laciniis acuminatis, duabus inferioribus profundius diviſis.

COR. Monopetala irregularis. *Tubus* cylindricus, erectus, dein parum inflexus, baſi oblique ſciſſus, ad faucem ampliatus, Calyce longior. *Limbus* quinque-partitus, laciniis orbiculatis, duabus ſuperioribus planis minoribus, tribus inferioribus patentiſſimis concavis.

Nectarium urceolatum breviſſimum, germen ambiens.

STAM. *Filamenta* duo filiformia, brevia ſpiralia, in fauce corollæ, labio inferiori adnata. *Antheræ* ovatæ, compreſſæ. Rudimenta duo filamentorum tenuia infra Stamina fertilia tubo inſerta.

PIST. *Germen* conicum. *Stylus* cylindricus rectiuſculus, longitudine tubi. *Stigma* clavatum, bilabiatum.

PER. *Bacca* oblonga, ſucculenta, bilocularis.

SEM. plurima, minima, in arcubus involutis diſpoſita.

OBS. Affinis BESLERIÆ.

Biflora. 1. C. involucris bifloris.

Cymosa. 2. C. pedunculis nudis.

Nomen compositum ex *κυρτος tortus*, et *ανηρ mas.*

Explicatio Tab. III.

Fig. *a.* Flos magnitudine naturali.
b. Corolla.
c. eadem, dissecta, ostendens Stamina.
d. Pistillum et nectarium.
e. Bacca.
f. eadem dissecta.
g. Semina.

4. Banksia.

Cal. nullus.

Cor. monopetala, tubulosa. *Tubus* cylindricus. *Limbus* quadripartitus patenti-reflexus, laciniis ovalibus æqualibus, tubo brevioribus.

Stam. *Filamenta* duo fauci inserta filiformia, recta, fere longitudine limbi corollæ. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis longitudine tubi. *Stigma* majusculum.

Per. ovatum, uniloculare, villosum, non dehiscens.

Sem. solitarium, glabrum, oblongum, involucratum.

Gnidia. 1. B. foliis lanceolatis, ſubpetiolatis, rigid[illegible].
tomentoſa. 2. B. foliis oblongis, ſubpetiolatis, flaccidis, piloſis.
proſtrata. 3. B. foliis ovato-oblongis, ſeſſilibus, carnoſis.

Hoc genus inter prima NOVÆ ZEELANDIÆ, appellavimus a Generoſo Jos. BANKS, Armigero, qui incredibili ardore Naturæ ſtudium amplexus, privatis opibus idem proſecutus, ingentibus incrementis ſcientiam auxit, ſuſcepto verſus Mare Pacificum itinere, annis 1768—1771.

Tantus amor florum. VIRG.

EXPLICATIO TAB. IV.

FIG. *a.* Corolla magnitudine naturali.
b. eadem diſſecta.
c. Stamen magnitudine naturali.
d. idem auctum.
e. Piſtillum magnitudine naturali.
f. Fructus magnitudine naturali.
g. idem lente auctus.
h. Semen.
i. idem auctum.
k. Corolla alterius ſpeciei magnitudine naturali.
l. eadem aucta.
m. eadem, aucta et diſſecta.
n. Stamen magnitudine aucta.

[T]RIANDRIA

TRIGYNIA.

5. Donatia

Cal. *Perianthium* triphyllum, foliolis ſubulatis, brevibus, remotis.

Cor. *Petala* novem (8—10) lineari-oblonga, calyce duplo longiora, margine receptaculi inſerta, patentia.

Stam. *Filamenta* tria ſubulata longitudine calycis, e baſi receptaculi. *Antheræ* ſubgloboſæ, didymæ, baſi bilobæ.

Pist. *Germen* minimum. *Styli* tres filiformes, filamentis aliquid longiores. *Stigmata* obtuſiuſcula.

Per. }
Sem. } nobis non innotuerunt.

Fasciculâris. I. DONATIA.

VITALIANUS DONATI, Paduæ natus, naturæ indefeſſus ſcrutator, Profeſſor Taurinenſis deſignatus, Aſiam adiit juſſu principis, in hoc itinere obiit in Mari Æthiopico.

EXPLICATIO TAB. V.

FIG. *a.* Flos a latere conſpectus.
b. Calycis foliolum.
c. Corolla magnitudine naturali.
d. eadem ſitu ſupino.
e. petalum.
f. Stamen.
g. Stylus.

TETRANDRIA

MONOGYNIA.

6. BLACKBURNIA.

CAL. *Perianthium* inferum, breviſſimum, quadridentatum, dentibus acutis, brevibus, horizontalibus.

COR. *Petala* quatuor, elliptica, dentibus calycinis interjecta.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, petalis paullo breviora, cum iis alternantia. *Antheræ* erectæ cordatæ.

PIST. *Germen* conicum (monoſpermum.) *Stylus* filiformis, erectus, longitudine Staminum. *Stigma* ſimplex.

PER. }
SEM. } non vidimus, forte *Bacca* monoſperma.

Pinnata. 1. BLACKBURNIA.

Blackburnia, ſic ob ingentia merita in rem naturalem appellata a JOANNE BLACKBURNE, Armig. qui Orfordiæ, Lancaſtrienſis Comitatûs in horto amoeniſſimo plurimas exoticas plantas colit; et ab ejus filia ANNA BLACKBURNE quæ non ſolum eodem in plantas amore fertur, verum etiam incredibili ſolertia, aves, inſecta, teſtacea innumera undique collegit: Pater et filia mihi in *Warringtoniâ* degenti uſum horti et Muſei inſtructiſſimi lubentiſſimè obtulerunt.

EXPLICATIO TAB. VI.

FIG. *a.* Flos nondum eruptus.
b. idem explicatus.
c. Calyx cum piſtillo.
d. Stamen a latere exteriore } magnitudine
e. idem a latere interiore } naturali.
f. Stamen a latere exteriore } magnitudine
g. idem a latere interiore } aucta.
h. piſtillum magnitudine naturali.
i. idem auctum.
k. germen auctum et diſſectum.

7. Eŭodia

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, inferum, foliolis ovalibus acutis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quatuor ſpatulata, acuta, patentia.
Nectarium minutum, quadrifidum, germina cingens, laciniis emarginatis.

Stam. *Filamenta* quatuor ſubulata, longitudine petalorum. *Antheræ* cordatæ.

Pist. *Germina* quatuor, globoſa, ſupera. *Stylus* filiformis longitudine Staminum, inter germina prodiens. *Stigma* obſolete quadrifidum.

Per. *Capſulæ* quatuor, ſubgloboſæ, bivalves, monoſpermæ.

Sem. ſolitaria.

Hortensis. 1. EUODIA.

Nomen obtinuit hoc genus ab odore grato, ευωδια, *bene odorata.*

EXPLICATIO TAB. VII.

FIG. *a.* Flos magnitudine naturali.
b. Calyx, magnitudine naturali.
c. Flos magnitudine aucta.
d. Stamen naturali magnitudine.
e. idem auctum.
f. Nectarii lacinia.
g. eadem magnitudine aucta.
h. pistillum magnitudine naturali.
i. idem auctum.
k. Capsulæ magnitudine naturali.
l. Capsula solitaria.
m. eadem dissecta.

8. Embothrium.

Cal. nullus.

Cor. *Petala* quatuor, linearia, obliqua, apice latiore, ſubrotundo, concavo, ſtaminifero; poſt fœcundationem revoluta.

Nectarium ſquamula truncata breviſſima, baſi piſtilli adnata vel nulla.

Stam. *Filamenta* quatuor breviſſima, in ſingulo petalo ſingula, vel nulla. *Antheræ* majuſculæ, oblongæ, intra cavitatem petali ſitæ.

Pist. *Germen* lineare, aſcendens, medio inflexum. *Stylus* nullus. *Stigma* ſubrotundum, antice planum, poſtice concavum, magnum.

Per. *Folliculus* teres, unilocularis, utrinque acuminatus.

Sem. quatuor, ſ. quinque ovata, compreſſa, poſtice et latere altero membrana alata.

Coccineum. 1. E. thyrſis terminalibus, Corollis ſquamula nectarea.

Umbelliferum. 2. E. pedunculis umbellatis, antheris ſeſſilibus.

Conditum nomen ex vocibus *εν in*, & *βοθριον ſcrobiculum* vel *foveola*, quod antheræ in ſcrobiculo petali ſint collocatæ.

EXPLICATIO TAB. VIII.

FIG. *a.* Embothrii *umbelliferi* flos magnitudine naturali.
b. Apex petali cum Anthera in Scrobiculo, magnitudine aucta.
c. Anthera, lente aucta.
d. piſtillum, auctum.
e. Folliculus magnitudine naturali.
f. idem effoetus.
g. Embothrii *coccinei* flos magnitudine naturali.
h. petalum cum Stamine in Scrobiculo, magnitudine aucta.
i. Stamen auctum.
k. Nectarium auctum.
l. piſtillum, cum adhærente nectario magnitudine aucta.
m. Folliculus magnitudine naturali.

PENTANDRIA

MONOGYNIA.

9. SHEFFIELDIA.

CAL. *Perianthium* inferum turbinatum, quinquefidum, perſiſtens, laciniis acutis erectis.
COR. Monopetala ſubcampanulata, calyce longior. *Limbus* quinquefidus laciniis obovatis, æqualibus, reflexis.
STAM. *Filamenta* decem ſubulata tubo impoſita, horum quinque fertilia, laciniis oppoſita, quinque caſtrata, cum laciniis alternantia. *Antheræ* cordatæ, acuminatæ.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis longitudine Staminum. *Stigma* ſimplex.
PER. *Capſula* conica, unilocularis, quinquevalvis.
SEM. plurima globoſa, affixa receptaculo columnari in medio Capſulæ.

Repens. 1. SHEFFIELDIA.

Genus appellatum a Cel. Sheffieldio, Botanico Oxonienſi imprimis perito.

EXPLICATIO TAB. IX.

FIG. *a.* Flos magnitudine naturali.
b. idem, diſſectus.
c. Stamen caſtratum.
d. Stamen fertile.
e. piſtillum.
f. Capſula diſſecta, magnitudine naturali.
g. eadem aucta.

10. Epacris.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum inferum, foliolis lanceolatis, æqualibus perſiſtentibus.

Cor. Monopetala tubuloſa: *Tubus* cylindricus medio parum ampliatus: *Limbus* breviſſimus quinquefidus, laciniis ovatis patentibus.

Nectarium e Squamulis quinque obovatis, apice emarginatis, baſi germinis adnatis, appreſſis.

Stam. *Filamenta* quinque breviſſima in fauce corollæ. *Antheræ* incumbentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum, quinqueſtriatum. *Stylus* cylindricus, brevis. *Stigma* capitatum.

Per. *Capſula* globoſo-depreſſa, quinquelocularis, quinquevalvis, dehiſcens.

Sem. numeroſa, minima.

Obs Generis Character eſſentialis in Nectario conſtat.

Longifolia. 1. E. arborea, foliis lineari-lanceolatis vaginantibus.

Juniperina. 2. E. arborea, foliis ſparſis linearibus, cuſpidatis, ſerrulatis.

Pumila. 3. E. herbacea, foliis ovatis imbricatis.

Vox compoſita ex επι *ſupra, in*; et ακρις *cacumen, vertex montis*, plerumque enim in ſummis montibus obviæ ſunt hujus generis plantæ.

Explicatio Tab. X.

Fig. *a.* Flos Speciei *pumilæ* nondum apertus, magnitudine naturali.
b. idem apertus.
c. idem, lente auctus.
d. idem, diſſectus.
e. piſtillum magnitudine naturali.
f. idem magnitudine aucta.
g. nectarii Squamula magnitudine aucta.
h. Capſula diſſecta et aucta.
i. Corolla ſpeciei *longifoliæ* magnitudine naturali.
k. ejuſdem lacinia cum Stamine, aucta.
l. ejuſdem Piſtillum magnitudine aucta.
m. ejuſdem Squamula nectarii aucta.
n. Flos E. *juniperinæ*.

11. Bæobotrys.

Cal. *Perianthium* duplex: *exterius* diphyllum foliolis ſubrotundis, concavis, minoribus.
Interius monophyllum campanulatum breve, inferum, germini adnatum, quinquefidum, laciniis ovatis, perſiſtentibus poſt effloreſcentiam conniventibus, et fructum coronantibus.

Cor. Monopetala, tubuloſa, calyci inſerta. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* quinquefidus erectus, laciniis rotundatis breviſſimis.

Stam. *Filamenta* quinque breviſſima, in medio tubi. *Antheræ* cordatæ.

Pist. *Germen* globoſum ſemi-ſuperum. *Stylus*, cylindricus, breviſſimus perſiſtens. *Stigma* obtuſum, apice tuberculatum.

Per. *Bacca* globoſa, ſubſicca, unilocularis, calyci accreta.

Sem. Plura, anguloſa, affixa receptaculo columnari in fundo baccæ.

Obs. Conferatur Mæsa, *Forſkal.* Flor. Ægypt. Cent. III. g. 9. p. 66.

Nemoralis. 1. BÆOBOTRYS.

Vox compoſita ex *βαιος parvus, exilis*; et *βοτρυς racemus*, quoniam racemos raros habet hæc planta.

EXPLICATIO TAB. XI.

FIG. *a.* Flos magnitudine naturali.
b. idem, auctus.
c. Calyx magnitudine naturali.
d. Corolla aucta.
e. eadem diſſecta oſtendens ſtamina.
f. Calyx ſectus germen oſtendens.
g. Piſtillum magnitudine auctum.
h. Bacca, magnitudine naturali.
i. eadem diſſecta.
k. Semina.

12. Geniostoma.

Cal. *Perianthium* inferum turbinatum, perſiſtens, quinqueſidum, laciniis acutis brevibus.

Cor. Monopetala tubuloſa. *Tubus* dilatatus, calyce longior: *Faux* villoſo-barbata: *Limbus* quinquepartitus patens, laciniis ovatis, acutis, longitude tubi.

Stam. *Filamenta* quinque brevia, in fauce corollæ. *Antheræ* oblongæ, e corolla eminentes.

Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, tubo longior. *Stigma* cylindricum obtuſum, ſulcatum.

Per. *Capſula?* oblonga, bilocularis, polyſperma.

Sem. plurima ſubangulata, receptaculo filiformi impoſita.

Rupestris. 1. GENIOSTOMA.

Nominis origo a vocabulis Græcis *γενειον barba*, et *ςομα ος*, *faux*; quoniam corollæ faux villosa est.

EXPLICATIO TAB. XII.

FIG. *a.* Flos magnitudine naturali.
b. Corolla situ supina, parum aucta.
c. Stamen, } magnitudine aucta.
d. Pistillum, } magnitudine aucta.
e. Capsula, magnitudine naturali.
f. eadem, aucta et dissecta.

13. Dentella.

Cal. *Perianthium* ſuperum, quinquepartitum, foliolis ſubulatis.
Cor. Monopetala tubuloſa, calyce longior. *Tubus* ſenſim ampliatus in *Limbum* quinquefidum patentem; laciniis acutis tridentatis, denticulo intermedio productiori.
Stam. *Filamenta* quinque brevia, ſubulata, ad baſin tubi inſerta. *Antheræ* parvæ.
Pist. *Germen* inferum villoſum. *Stylus* cylindricus brevis, craſſiuſculus. *Stigmata* duo, ſtylo craſſiora, longiora, patentia.
Per. *Capſula* infera, globoſa, calyce coronata, bilocularis.
Sem. plurima, ovata.

Repens. 1. DENTELLA.

Dentellæ nomen hæc planta nacta eſt, quod laciniæ corollæ argute *dentatæ* ſint.

EXPLICATIO TAB. XIII.

FIG. *a.* } Flos magnitudine naturali.
b. }
c. idem, duplo auctus.
d. Corolla multoties aucta, et diſſecta.
e. Stamen, } magnitudine aucta.
f. Piſtillum, }
g. Pericarpium magnitudine naturali.
h. idem auctum & diſſectum.

14. Lophanthus.

Cal. *Perianthium* monophyllum tubulofum, quinquefidum, perfiftens, laciniis æqualibus, acutis, parvis.

Cor. *Petala* quinque, fpatulata: ungues tenues, longitudine calycis; Laminæ patentes, fubrotundæ.

Stam. *Filamenta* quinque fubulata, longitudine corollæ; *Antheræ* erecto-incumbentes.

Pist. *Germen* oblongum, conicum, villofum. *Stylus* brevis, papulofus, cylindricus, parum clavatus. *Stigma* vix emarginatum.

Per. uniloculare, villo longo veftitum.

Sem. unicum, ovatum, involucratum, glabrum, infundo calycis.

Obs. Proximum genus Waltheriæ.

Tomentosus. 1. LOPHANTHUS.

λοφος crista; et *ανθος flos*; ob florescentiam subtus bracteatam, cristam quodammodo referentem.

EXPLICATIO TAB. XIV.

FIG. *a.* Flos magnitudine naturali.
b. idem auctus.
c. Calyx.
d. Petalum magnitudine naturali.
e. idem auctum.
f. Stamina cum pistillo magnitudine aucta.
g. Stamen singulum magnitudine naturali.
h. idem auctum.
i. Pistillum.
k. idem magnitudine aucta.
l. pericarpium dissectum.

15. ARGOPHYLLUM.

CAL. *Perianthium* turbinatum, breve, quinquefidum, laciniis acutis.

COR. *Petala* quinque lanceolata, patentia, calyce triplo majora. *Nectarium* pyramidale e capillis plurimis conniventibus, basi cohærentibus; apice pervium, quinquangulare, longitudine corollæ.

STAM. *Filamenta* quinque subulata e receptaculo, intra nectarium orta, eo dimidio minora. *Antheræ* ovatæ.

PIST. *Germen* supra planum, inferius calyci adnatum. *Stylus* filiformis longitudine nectarii. *Stigma* capitato-globosum.

PER. *Capsula* hæmisphærica calyci accreta, supra plana, trilocularis, trifariam dehiscens.

SEM. plurima, subglobosa, porosa.

Nitidum. 1. ARGOPHYLLUM.

Etymon petitum ab *αργος albus*, et φυλλον *folium*; ſunt enim folia hujus plantæ in pagina inferiore *ſericeo-alba*.

EXPLICATIO TAB. XV.

FIG. *a.*, *b.* } Flos magnitudine naturali.
c. Calyx cum Nectario magnitudine naturali.
d. petalum.
e. Nectarium diſſectum.
f. ejuſdem pars lente aucta.
g. Stamen, *h.* Piſtillum, } magnitudine aucta.
i. Capſula.
k. eadem, aucta, et diſſecta.

16. CORYNOCARPUS.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, inferum, foliolis oblongis, concavis ſubcoloratis.

COR. *Petala* quinque ſubrotunda, erecta, concava, ungue anguſto.
Nectarium: foliola quinque aſcendentia, oblonga, acuta petalis paullo minora; baſi aucta glandulis totidem globoſis.

STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, è baſi petalorum. *Antheræ* erectæ, oblongæ.

PIST. *Germin* globoſum ſuperum. *Stylus* brevis filiformis. *Stigma* obtuſum.

PER. *Nux* turbinato-clavata, monoſperma.

SEM. *Nucleus* oblongus.

Lævigata. 1. Corynocarpus.

Voces Græcæ *κορυνη clava*, et *καρπος fructus*, occasionem præbuêre hanc plantam *Corynocarpum* appellandi, quoniam fructus est clavatus.

Explicatio Tab. XVI.

Fig. *a.*, *b.* Flos magnitudine naturali.

c. Calyx, *d.* petalum, *f.* nectarium, *h.* Stamen, *k.* pistillum, — magnitudine naturali.

e. petalum, *g.* nectarium, *i.* stamen, *l.* pistillum, — magnitudine aucta.

m. pericarpium magnitudine naturali.

n. idem dissectum.

17. Carpodetus.

Cal. *Perianthium* turbinatum, germini adnatum quinque-dentatum, dentibus ſubulatis deciduis.

Cor. *Petala* quinque ovata, parva, calycis margini inſerta.

Stam. *Filamenta* quinque ſubulata, brevia, calycis margini inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis Staminibus longior. *Stigma* capitato-depreſſum.

Per. *Bacca* ſicca, globoſa, e margine calycis adnato annulo quaſi cincta, quinquelocularis.

Sem. aliquot, ſubangulata.

Serratus. 1. CARPODETUS.

Etymon a *καρπος fructus*, et *δεω ligo, vincio*; ob fructum annulo ſeu vitta cinctum.

EXPLICATIO TAB. XVII.

FIG. *a.* Flos non apertus.
b. idem apertus et ſupinus.
c. Stamen.
d. idem, lente auctum.
e. piſtillum.
f. idem lente auctum.
g. bacca.
h. eadem diſſecta.

18. GYNOPOGON.

CAL. *Perianthium* inferum monophyllum, minimum, perſiſtens, ſemiquinquefidum lacinulis linearibus, acutis, erectis.

COR. *Monopetala* Contorta. *Tubus* cylindraceus, ſub apice ventricoſus, ad faucem coarctatus. *Limbus* planus quinquepartitus, laciniis ovato-cordatis.

STAM. *Filamenta* quinque breviſſima, tubo ſupra medium inſerta. *Antheræ* erectæ, lineares, intra tubum.

PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, tubo dimidio brevior. *Stigma* globoſum, didymum, apice villoſum.

PER. *Bacca* pedicellata ſubgloboſa, coriacea, nucleo repleta.

SEM. *Nucleus* cartilagineus, ſubbilocularis, ſeminibus ſubſolitariis.

OBS. *Fructus* plerumque abortat, nucleo ſeminibus deſtituto: Germina ſecta bilocularia, loculis diſpermis.

Stellatum. 1. G. foliis verticillatis.
Scandens. 2. G. foliis oppositis.

Γυνη *femina*, et πωγον *barba*: ob Stigma barbatum.

Explicatio Tab. XVIII.

Fig. *a.* Flos magnitudine naturali.
b. Corolla.
c. eadem aucta, et dissecta.
d. Stamen.
e. idem lente auctum.
f. pistillum.
g. idem lente auctum.
h. Germen auctum & dissectum.
i. Stigma maxime auctum.
k. Bacca.
l. eadem dissecta.

DIGYNIA.

19. Melodinus.

Cal. *Perianthium* inferum, quinquepartitum, perſiſtens, foliolis ovatis, margine ſibi invicem incumbentibus.

Cor. Monopetala, contorta. *Tubus* cylindricus, calyce triplo longior. *Limbus* rotatus, quinquepartitus, laciniis falcatis, crenulatis dextrorſum tortis, longitudine dimidii tubi.

Nectarium in ore tubi ſtellatum, e petalis quinque patentibus multifidis, laciniis limbi interjectis, minoribus.

Stam. *Filamenta* quinque ſubulata breviſſima in medio tubi. *Antheræ* ovatæ, acutæ.

Pist. *Germen* ſubgloboſum, ſuperum. *Stylus* teres, longitudine calycis, bipartibilis. *Stigma* conicum bipartibile.

Per. *Bacca* carnoſa, globoſa, polyſperma.

Sem. ovato-ſubrotunda, compreſſiuſcula, numeroſa, nidulantia, pulpa in medio fructu ſeminibus carente, ut bacca bilocularis videatur.

Scandens. 1. MELODINUS.

Origo vocis a Græcis vocabulis *μηλον pomum*, et *δινεω torqueo volvo, circumago*; quia hæc planta gerit fructus globosos pomorum instar, et habet caulem volubilem, arbores vicinas scandentem.

EXPLICATIO TAB. XIX.

FIG. *a.* *b.* } Flos magnitudine naturali.
c. idem dissectus.
d. Nectarium, lente auctum.
e. Stamen auctum.
f. pistillum, magnitudine naturali.
g idem, auctum.
h. Bacca magnitudine naturali.
i. eadem dissecta.
k. Semen.

20. Dichondra.

Cal. *Perianthium* inferum, quinquepartitum, foliolis lanceolatis, apice patentibus.

Cor. Monopetala, profunde quinquepartita, ſubcampanulata, laciniis lanceolatis, longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* quinque ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germina* duo, piloſa: *Styli* duo filiformes longitudine Staminum, interius e baſi germinum orti. *Stigmata* capitato-depreſſa.

Per. *Capſulæ* duæ, ſubgloboſæ, uniloculares monoſpermæ.

Sem. ſolitaria, ſubgloboſa.

Repens. 1. DICHONDRA.

Compositum nomen ex δις *geminus, binus,* et χονδρος *granum,* quia duo granula cuilibet flore succedunt.

EXPLICATIO TAB. XX.

FIG. *a.* Flos magnitudine naturali.
b. Calyx.
c. Corolla, a latere visa.
d. Corolla supina, lente aucta.
e. Stamen lente auctum.
f. pistillum, auctum.
g. Calyx cum pericarpio; magnitudine aucta.
h. Semen singulum, auctum.

21. GINGIDIUM.

CAL. *Involucrum univerſale*, foliolis circiter ſex linearibus. *partiale* magnitudine & numero univerſalis, foliolis lanceolato ſubulatis.
Perianthium proprium quinquedentatum, minutum, dentibus ſubulatis.

COR. *univerſalis* floſculoſa, floſculis radii fertilibus, diſci abortantibus.
propriæ: Petala quinque ovato-lanceolata, inflexo apice cordata.

STAM. *Filamenta* quinque, patentia corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* ovatum. *Styli* duo divaricati longitudine Staminum. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Fructus* ovato-truncatus, octoſtriatus, bipartibilis.

SEM. duo, hinc plana, inde convexa, ſtriata.

Montanum. 1. GINGIDIUM.

Γιγγίδιον est nomen herbæ apud Diofcoridem. lib. ii. cap. 167. et apud Plinium Hift. Nat. lib. xx. c. 16. fimilis paftinacæ filveftri, fed tenuior & amariore radice.

EXPLICATIO TAB. XXI.

FIG. *a.* Umbella, magnitudine naturali.
b. flofculus.
c. petalum lente auctum, a tergo vifum.
d. idem, a latere confpectum.
e. fructus magnitudine naturali.
f. idem, magnitudine aucta.
g. idem feminibus feparatis.

PENTAGYNIA.

22. Commersonia.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, corolliferum, laciniis ovatis, acutis.

Cor. *Petala* quinque, linearia, basi utrinque lobo inflexo dilatata, patentia.

Nectarium quinquepartitum, intra Stamina positum, laciniis lanceolatis erectis, petalis brevioribus; *Corpuscula* filiformia, quinque, villosa ex divisuris emittens.

Stam. *Filamenta* quinque brevissima ad bases petalorum. *Antheræ* parvæ, subrotundæ, didymæ.

Pist. *Germen* globosum, villosum torulis quinque. *Styli* quinque filiformes approximati, breves. *Stigmata* globosa.

Per. *Nux* globosa, dura, quinque locularis, echinata setis longis plumosis, loculamentis dispermis.

Sem. duo, ovata.

Echinata. 1. COMMERSONIA.

Restiaria alba. Rumph. amboin. III. t. 119.

Celeb COMMERÇON, Botanicus Gallus, comes Illustriss. BOUGAINVILLÆI, in itinere circa globum; obiit in Insula *Mauritii*.

EXPLICATIO TAB. XXII.

FIG. *a.* Flos
b. idem, lente auctus.
c. petalum a latere, } magnitudine aucta.
d. idem supinum, }
e. Nectarii foliolum, auctum.
f. Stamen, lente auctum.
g. pistillum magnitudine naturali.
h. idem, auctum.
i. Stylus maxime auctus.
k. nux, magnitudine naturali.
l. eadem dissecta.

P O L Y G Y N I A.

23. SCHEFFLERA.

CAL. *Perianthium* minimum, quinquedentatum, germen umbilicans perſiſtens; laciniis ſubulatis.
COR. *Petala* quinque, parva, inter calycis dentes, decidua acuta.
STAM. *Filamenta* quinque filiformia patentia, petalis vix longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* globoſo-depreſſum. *Styli* octo ſeu decem, teretes breves, perſiſtentes. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* globoſo-depreſſa, infera, octo ſeu decem locularis.
SEM. ſolitaria, ſemicircularia, compreſſa.

Digitata. 1. SCHEFFLERA.

SCHEFFLER, Medicus et Botanicus Gedanenſis, Naturæ indefeſſo ſtudio præclarus, qui plures novas, *Floræ Gedanenſi* a REYGERO editæ, plantas inſeruit.

EXPLICATIO TAB. XXIII.

FIG. *a.* Flos magnitudine naturali.
b. Calyx.
c. Stamen
d. idem, lente auctum.
e. Piſtillum
f. idem, auctum.
g. pericarpium multoties auctum.
h. idem, diſſectum.
i. Semen.
k. idem, lente auctum.

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

24. PHORMIUM.

CAL. nullus.

COR. *Petala* ſex aſcendenti-obliqua, in tubum conniventia oblonga, tria exteriora acuta, dorſo elevatiora; interiora longiora, apice rotundata, concava.

STAM. *Filamenta* ſex filiformia, aſcendentia, corolla longiora. *Antheræ* erectæ, ſubtriquetræ.

PIST. *Germen* obtuſe triquetrum. *Stylus* filiformis, aſcendens, Staminibus paullo brevior. *Stigma* ſimplex.

PER. *Capſula* oblonga, triquetra, acuminata, trilocularis, trivalvis.

SEM. plurima, oblonga, compreſſa.

Tenax. 1. PHORMIUM.

Φορμιον est nomen plantæ ex qua ſtoreas mattaſque plectunt, apud *Ariſtotelem* Hiſt. An. lib. v. id huic generi dedimus, quoniam incolæ *Novæ Zeelandiæ* ex ea lini ſpeciem fabricant, unde earum mulieres ſtoreas pro variis veſtimentis plectunt.

EXPLICATIO TAB. XXIV.

FIG. *a.* Flos.
b. petalum exterius.
c. petalum interius.
d. Stamen.
e. piſtillum.
f. Capſula.
g. eadem diſſecta.
h. Semen.

25. RIPOGONUM.

CAL. *Perianthium* inferum, hexaphyllum, foliolis lanceolatis acutis, erectiusculis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* sex minuta. *Antheræ* lineares, quadrangulares, calyce triplo longiores, erectæ.

PIST. *Germen* globosum. *Stylus* filiformis, longitudine calycis. *Stigma* obtusum.

PER. *Bacca* globosa, disperma.

SEM. solitaria, hæmisphærica.

OBS. Genus SMILACI proximum.

Scandens. I. RIPOGONUM.

Compoſita vox ex ῥιψ, ῥιπος, *vimen*, et γονυ *genu geniculum*, *articulus*: eſt enim hæc planta *geniculata et viminea*.

EXPLICATIO TAB. XXV.

FIG.	*a.*	Flos.	magnitudine naturali.
	b.	Calyx.	
	c.	Stamen.	
	d.	Piſtillum.	
	e.	Bacca.	
	f.	eadem diſſecta.	
	g.	Semen.	

26. GAHNIA.

CAL. *Involucrum* bi-ſeu quinqueflorum, univalve, glumaceum ovato-lanceolatum, convolutum.
proprius: *Gluma* bivalvis, valvulis ovato-lanceolatis, acuminatis, concavis, exteriore paullo longiore.
COR. bivalvis hyalina: *Valvula* exterior major, ovata, concava apice tridentata, gluma dimidio brevior; interior ovata integra, minima.
STAM. *Filamenta* ſex, capillaria, breviſſima. *Antheræ* lineares apice mucronatæ, corollæ longitudine.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis erectus, calyce longior, profunde bifidus; *Stigmata* duo, capillaria, reflexa in ſingula diviſura Styli.
PER. nullum. *Corolla* ſemen fovens; adnaſcitur.
SEM. unicum, oblongum.

Procera. I. GAHNIA.

HENRICO GAHN, amico nobis, et aſſiduo Naturæ & artis medicæ conſulto, qui Fundamenta Agroſtographiæ edidit et defendit ſub præſidio Celeb. LINNÆI, hoc novum Graminis genus inſcripſimus.

EXPLICATIO TAB. XXVI.

FIG. *a.* Involucrum, cum binis floſculis.
b. Involucrum ſeparatum.
c. flos ſingulus
d. Calycis gluma exterior.
e. Calycis gluma interior.
f. Corollæ gluma exterior.
g. Corollæ gluma interior.
h. Stamina cum Piſtillo.
i. Stamen ſingulum.
k. idem auctum.
l. piſtillum.
m. Semen.

OCTANDRIA

MONOGYNIA.

27. ACRONYCHIA.

CAL. *Perianthium* inferum, minimum, quadridentatum.
COR. *Petala* quatuor, lineari lanceolata, apice ungue inflexo hamata, patentia.
Nectarium basi germinis adnatum, sulcis octo notatum.
STAM. *Filamenta* octo, filiformia, alterna paullo majora. *Antheræ* erectæ.
PIST. *Germen* subglobosum. *Stylus* filiformis longitudine Staminum. *Stigma* simplex, obsolete sulcatum.
PER. *Capsula* globosa, quadrilocularis, quadrivalvis, inflata.
SEM. Solitaria.

Lævis. 1. ACRONYCHIA.

Nomen hoc genus nactum eſt a vocibus *ακρος extremus*, et *ονυξ, ονυχος, unguis*, quia petala apice unguibus inflexis inſtructa ſunt.

EXPLICATIO TAB. XXVII.

FIG. *a.* Flos nondum apertus.
b. idem apertus.
c. Calyx.
d. petalum, lente auctum.
e. Stamina et piſtillum magnitudine aucta.
f. Stamen ſingulum auctum.
g. piſtillum.
h. idem, lente auctum, cum Squamulis Nectarii.
i. Capſula.
k. eadem diſſecta.
l. ſemen.

28. Melicope.

Cal. *Perianthium* inferum, campanulatum, quadripartitum, laciniis rotundatis.

Cor. *Petala* quatuor, ovata, acuminata, patentia.
Nectarium germinis basi adnatum, octofidum, laciniis crenatis.

Stam. *Filamenta* octo subulata. *Antheræ* erectæ, subcordátæ.

Pist. *Germen* ovatum, apice quadrilobum. *Stylus* subquadrangulus brevis, *Stigma* crassiusculum.

Per. } non vidimus. *Germen* tetraspermum, forte in baccam
Sem. } abiturum.

Obs. Obscurum Genus, ulterius examinandum.

Ternata. 1. MELICOPE.

Ob laminulas nectariferas incisas, diximus hanc plantam a vocibus μελι *mel, nectar*; et κοπη *incisio, sectio.*

EXPLICATIO TAB. XXVIII.

FIG. *a.* Flos.
b. petalum.
c. Stamen.
d. idem, magnitudine aucta.
e. Stamina cum Germine, aucta.
f. Germen.
g. idem, aucta magnitudine.
d. idem, dissectum.

29. SKINNERA.

CAL. *Perianthium* monophyllum, infundibuliforme coloratum. *Tubus* basi callosus, supra basin coarctatus, subincurvus, inde sensim ampliatus patulus. *Limbus* quadripartitus laciniis lanceolatis horizontalibus, tubo dimidio brevioribus.

COR. nulla.

Nectaria quatuor ovato-lanceolata, erecta, laciniis Calycis interjecta, iis triplo minora.

STAM. *Filamenta* octo fauci inserta, erecta, filiformia, longitudine Limbi. *Antheræ* orbiculatæ, dorso filamentis adnatæ.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, erectus, Calyce longior. *Stigma* globosum, tuberculatum.

PER. *Capsula* oblonga, infera, quadrilocularis, polysperma.

SEM. plurima, ovata.

Excorticata. 1. SKINNERA.

A Celeb. SKINNERO, acutissimo, oculatissimoque Botanico Oxoniensi.

EXPLICATIO TAB. XXIX.

FIG. *a.* Flos.
b. idem dissectus.
c. Stamen.
d. idem, lente auctum.
e. pistillum.
f. Fructus.
g. Semina.

D I G Y N I A.

30. Godia.

Cal. *Communis* capituli tetraphyllus, foliolis horizontalibus oblongis.

Perianthium proprium tetraphyllum, foliolis ellipticis, erectis.

Cor. *Petala* quatuor, tenuiſſima, linearia, unguibus filiformibus.

Stam. *Filamenta* octo calyce duplo longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* parvum, villoſum, ſuperum, tetraſpermum. *Styli* duo ſubulati, longitudine Staminum. *Stigmata* ſimplicia.

Per. }
Sem. } nondum matura vidimus.

Montana. 1. CODIA.

Κωδεια. globulus;—a floribus capitatis.

EXPLICATIO TAB. XXX.

FIG. *a.* Capitulum florum.
b. Flos ſingulus.
c. Calyx.
d. Petalum.
e. idem auctum.
f. Stamen magnitudine naturali.
g. idem, auctum.
h. piſtillum, magnitudine naturali.
i. idem magnitudine aucta.

TETRAGYNIA.

31. HALORAGIS.

CAL. *Perianthium* ſuperum, quadrifidum, germini adnatum, perſiſtens.
COR. *Petala* quatuor, ovata, erecta, unguibus tenuibus, acutis.
STAM. *Filamenta* octo filiformia. *Antheræ* longæ quadriſulcæ.
PIST. *Germen* inferum, ſubgloboſum. *Styli* quatuor breviſſimi. *Stigmata* brevia ſubquadrangularia, truncata, papuloſa.
PER. *Drupa* ſicca, globoſa, calyce perſiſtente coronata.
SEM. *Nux* oſſea quadrilocularis, nucleis ſolitariis, minutis.

Proſtrata. 1. HALORAGIS.

Vox compoſita ἁλς, ἁλος, *mare*, et ῥαγις, *acinus*; quia ſemina acinis ſimilliма, & quoniam planta ad littora maris creſcit.

EXPLICATIO TAB. XXXI.

FIG. *a.* Flos magnitudine naturali.
b. idem, lente auctus.
b. idem, ſupinus.
d. Stamen, magnitudine aucta.
e. Stylus ſeparatus, et auctus.
f. Germen, cum ſtylis magnitudine aucta.
g. Drupa, magnitudine naturali.
h. eadem diſſecta
i. idem, lente auctum.

PENTAGYNIA.

32. POLYSCIAS.

CAL. *Umbella* maxima verticillato-prolifera; *umbelllius* terminalibus multiradiatis, planis.

Perianthium proprium, margo truncatus perſiſtens, vix conſpicuè denticulis (5. 7. 8.) notatus.

COR. *Petala* (6. f. 7. f.) octo lanceolato ſubulata, patentiſſima.

STAM. *Filamenta* (ex numero petalorum,) octo, ſubulata. *Antheræ* erectæ, quadriſulcæ.

PIST. *Germen* inferum hemiſphæricum, calyce marginatum. *Styli* nulli. *Stigmata* (3. 4.) quinque, breviſſima erecto patentia.

PER. *Bacca* globoſa, calycis margine, piſtilliſque coronata, quadrilocularis.

SEM. ſolitaria, triquetra, convexa.

Pinnata. 1. POLYSCIAS.

Etymon petitum a vocibus πολυς *multus*, *numerosus*, et σκια *umbella plantarum*; quia plantæ huic proprium est, ex umbella maxima emittere alias umbellulas proliferas.

EXPLICATIO TAB. XXXII.

FIG. *a.* Flos magnitudine naturali.
b. idem, magnitudine aucta.
c. Calyx, magnitudine naturali.
d. Stamen, magnitudine aucta.
e. Germen, cum Stigmatibus, magnitudine aucta.
f. Fructus, immaturus.
g. idem parum auctus.
h. idem dissectus.

D E C A N D R I A

M O N O G Y N I A.

33. Inocarpus.

Cal. *Perianthium* monophyllum, bifidum, laciniis rotundatis ſubæqualibus.

Cor. *Monopetala* tubuloſa. *Tubus* cylindricus; Limbns quinquepartitus tubo longior, laciniis linearibus, undulatis, reflexis.

Stam. *Filamenta* decem breviſſima, tubo duplici ordine inſerta. *Antheræ* erectæ, ovatæ.

Pist. *Germen* oblongum villoſum, ſuperum. *Stylus* nullus. *Stigma?* punctum excavatum.

Per. *Drupa* ovata, magna, compreſſa, monoſperma.

Sem. *Nux* fibris lignoſis intertextis conſtans, *nucleo* ovali, compreſſo.

Edulis. 1. INOCARPUS.

Ις, ινος *fibra*, et καρπος *fructus*; quia drupa fibrosa est.

EXPLICATIO TAB. XXXIII.

FIG. *a.* Flos } magnitudine naturali.
b. Corolla dissecta. } magnitudine naturali.
c. Stamen, lente auctum.
d. Germen.
e. pars germinis aucta.
f. Drupa, } magnitudine naturali.
g. nucleus, } magnitudine naturali.

D O D E C A N D R I A

M O N O G Y N I A.

34. Pemphis.

Cal. *Perianthium* inferum, perſiſtens, monophyllum, turbinanatum, duodecim ſulcatum, duodecim fidum: laciniis alternis majoribus.

Cor. *Petala* ſex obovata, patentiſſima, unguibus tenuibus baſi laciniarum minorum calycis inſerta.

Stam. *Filamenta* duodecim, ſubulata, calycis medio inſerta, alterna parum breviora. *Antheræ* ovatæ, incumbentes.

Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* brevis, teres. *Stigma* capitatum.

Per. *Capſula* unilocularis, ſexvalvis, polyſperma, farcta, perianthium implens.

Sem. plurima, anguloſa, compreſſa: receptaculo brevi tridentato in fundo capſulæ.

Acidula. 1. PEMPHIS.

Πεμφις *Bulla*; quia germen bullam refert.

EXPLICATIO TAB. XXXIV.

FIG. *a.* Flos non eruptus.
b. idem, apertus.
c. Calyx lente auctus.
d. idem dissectus.
e. Stamen, magnitudine naturali.
f. idem, auctum.
g. pistillum.
h. idem, auctum.
i. Capsula, magnitudine aucta.
k. Semina.

TRIGYNIA.

35. TACCA.

CAL. *Perianthium* ſuperum, hexaphyllum, perſiſtens, foliolis ovatis conniventibus.

COR. *Petala* ſex, calyce tecta, cucullata, collo anguſtiora, fornicibus Stamina occultantia.

STAM. *Filamenta* duodecim breviſſima, ſeu vix ulla, petalorum cucullis per paria innata. *Antheræ* oblongæ, retrorſum arcuatæ, duæ ſingulo petalo innatæ approximatæ.

PIST. *Germen* inferum. *Styli* tres, breves baſi coaliti. *Stigmata* biloba, obcordata.

PER. *Bacca* ſicca, ovata, rugoſa, obſolete angulata, calyce coronata, trilocularis, polyſperma, ſeminibus farcta.

SEM. ovata, ſtriata, compreſſa, plurima.

OBS. Bacca ante maturitatem, plane trilocularis; ſed cum matureſcit, exſiccatur pulpa, ut loculamenta prorſus non ſint diſtinguenda.

Pinnatifida. 1. TACCA.

Tacca littorea. Rumph. amb. V. t. 114.
β. *Tacca sativa.* Rumph. amb. V. t. 112.

Nomen ex Rumphio adoptatum.

EXPLICATIO TAB. XXXV.

FIG. *a.* Calyx.
b. Corolla, magnitudine naturali.
c. eadem lente aucta.
d. petalum, auctum et a latere conspectum.
e. idem, situ supino.
f. cucullus petali dissectus, ostendens Stamina, magnitudine aucta.
g. Styli, magnitudine aucta.
h. Bacca immatura, } magnitudine naturali.
i. eadem dissecta, } magnitudine naturali.

I C O S A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

36. Leptospermum.

Cal. *Perianthium* turbinatum, germini adnatum, laciniis quinque rotundatis, deciduis.

Cor. *Petala* quinque, orbiculata, calycis margini interiori inferta.

Stam. *Filamenta* numerofa, filiformia, calycis margini interiori inferta. *Antheræ* incumbentes, ovatæ.

Pist. *Germen* inferum, turbinatum. *Stylus* filiformis, erectus longitudine ftaminum. *Stigma* fimplex.

Per. *Capfula* turbinata, calycis margine umbilicata, fupra plano-convexa, trilocularis, trivalvis, polyfperma, fupra dehifcens.

Sem. plurima, linearia, cylindrica, minuta.

Obs. Seminum figura in plurimis fpeciebus eadem; in unicâ, (L. *ciliato*) femina angulofa, majora.

†. *Calliſtemones*, Staminibus corolla multoties longioribus.

Scandens. 1. L. fol. oppoſitis lanceolatis.

Collinum. 2. L. fol. oppoſitis, obovatis, lævibus.

Ciliatum. 3. L. fol ſparſis, oblongis, ſubtus et margine piloſis.

Perforatum. 4. L. fol. oppoſitis, ovalibus, pellucido-punctatis.

Leucadendron. 5. L. fol. ſparſis, falcatis quinquenerviis. MELALEUCA Leucadendra. *Lin.* Stamina polyadelpha.

††. Staminibus corolla brevioribus, ſimplici ordine.

Scoparium. 6. L. fol. ſparſis, ovato-lanceolatis,

Virgatum. 7. L. fol. oppoſitis lineari-lanceolatis.

A λεπτος *exilis*, et σπερμα *ſemen.*

EXPLICATIO TAB. XXXVI.

FIG. *a.* Flos.
b. Stamen.
c. piſtillum.
d. Capſula diſſecta.
e. Semina.
} L. *ſcandentis.*

f. Flos.
g. Calyx.
h. Stamen.
i. idem auctum.
k. piſtillum.
l. Semina.
} L. *ſcoparii.*

m. flos.
n. Stamen, auctum.
o. piſtillum.
p. Capſula.
q. eadem effoeta.
} L. *collini.*

r. Capſula.
ſ. eadem diſſecta.
t. Semina.
} L. *ciliati.*

37. DECASPERMUM.

CAL. *Perianthium* turbinatum, germini adnatum, apice quinquefidum, laciniis brevibus perſiſtentibus.

COR. *Petala* quinque, ſubrotunda, calycis laciniis inſerta.

STAM. *Filamenta* numeroſa, filiformia corolla paullo minora. *Antheræ* ovatæ, didymæ.

PIST. *Germen* turbinatum, calyci accretum. *Stylus* cylindricus longitudine petalorum. *Stigma* depreſſum.

PER. *Capſula?* ſ. *Bacca* ſicca; globoſa, calycis laciniis perſiſtentibus coronata, decemſulcata, decemlocularis.

SEM. ſolitaria, ovata.

Fruticosum. I. DECASPERMUM

Δεκα *decem*, et σπερμα *semen*; quoniam Semina decem habet.

EXPLICATIO TAB. XXXVII.

FIG. *a.* Flos non apertus.
b. idem apertus
c. Stamen.
d. idem, magnitudine aucta.
e. Stylus.
f. idem, lente auctus.
g. Bacca.
h. eadem dissecta.

P O L Y A N D R I A

M O N O G Y N I A.

38. BARRINGTONIA.

CAL. *Perianthium* diphyllum, ſuperum; foliolis ſubrotundis, concavis, perſiſtentibus.

COR. *Petala* quatuor, ovata, patentia, coriacea.

Nectarium conicum, tubuloſum, Styli baſin veſtiens, apice denticulis inæqualibus pluribus terminatum.

STAM. *Filamenta* plurima e receptaculo, filiformia, longiſſima. *Antheræ* parvæ ſubrotundæ.

PIST. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis longitudine Staminum. *Stigma* ſimplex.

PER. *Drupa* ovata, maxima, ſæpe conico quadrangularis, apice attenuata, Calyce coronata.

SEM. *Nux* oſſea, ovata, quadrilocularis, extus rugoſo fibroſa. *Nuclei* ſolitarii, ovati, rugoſi.

Speciosa. 1. BARRINGTONIA.

Butonica. Rumph. amb. III. t. 114.

Nobilissimi nobisque amicissimi DAINES BARRINGTON, e Judicibus Regiis Princip. *Walliæ* nomine, hanc pulcherrimam plantam condecoravimus, ob insignia ejus in universam rem litterariam merita, acutissimum in Scientiâ naturali judicium, accuratam plantarum patriarum cognitionem, patrocinium, quo prosequitur omnes Naturæ studiosos, et in grati animi testimonium.

EXPLICATIO TAB. XXXVIII.

FIG. *a.* Flos magnitudine naturali.
b. pistillum et nectarium.

EXPLICATIO TAB. XXXVIII. A.

Drupa magnitudine naturali.

EXPLICATIO TAB. XXXVIII. B.

FIG. *a.* Drupa dissecta.
b. Nux dissecta.
c. Nucleus.

39. MALLOCOCCA.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, foliolis ovatis lanceolatis craſſis, patentiſſimis, concavis, intus coloratis.

COR. *Petala* quinque oblonga, tenuia, calyce triplo breviora, erecta.

STAM. *Filamenta* plurima filiformia, corolla duplo longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* villoſum, ſuperum, quadrifidum. *Stylus* cylindricus Staminibus dimidio brevior. *Stigma* quadrilobum.

PER. *Drupa* depreſſa, hirſuta, tetracocca, quadrilocularis, diviſuris globoſis.

SEM. *Nuclei* ſolitarii, ovati.

Crenata. 1. MALLOCOCCA.

Μαλλος *villosus*; et κοκκος *granum*, *bacca*;—ob Drupam villosam.

EXPLICATIO TAB. XXXIX.

FIG. *a.* Flos
b. Stamina insidentia receptaculo.
c. pistillum magnitudine naturali.
d. idem, auctum.
e. Drupa.
f. eadem dissecta.

40. DICERA.

CAL. *Perianthium* quadri f. quinquepartitum, foliolis æqualibus.

COR. *Petala* quatuor f. quinque, obovata, trifida; laciniis obtufis, intermedia longiore.

Nectarium e corpufculis quatuor f. quinque emarginatis parvis germen ambientibus.

STAM. *Filamenta* (12—20) plura, inter nectaria et germen orta capillaria brevia. *Antheræ* lineares, apice bicornes.

PIST. *Germen* fubrotundum, fuperum. *Stylus* fubulatus Staminibus longior. *Stigma* fimplex.

PER. *Capfula* ovata, bilocularis.

SEM. plurima.

OBS. Character Genericus a Petalis, Nectario & Staminibus petendus, quum fructus mire variet in diverfis Speciebus; heic loci a prima fpecie defcriptionem affumfimus.

Dentata. 1. D. monogyna.
Serrata. 2. D. tetragyna. Bacca 4 locularis, loculis dispermis.

Derivatur ex vocibus δὶς *binus*, & κερας *cornu*, ob antheras bicornes.

Explicatio Tab. XL.

Fig. *a.* Flos.
b. petalum.
c. Stamina.
d. Stamen singulum, lente auctum.
e. nectarii Corpusculum, magnitudine aucta.
f. pistillum.
g. Capsula dissecta.
h. eadem, lente aucta.

TRIGYNIA.

41. Euryandra.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, foliolis ſubrotundis concavis, duobus exterioribus minoribus.

Cor. *Petala* tria, ſubrotunda, concava, calyce longiora.

Stam. *Filamenta* plurima capillaria, apice valde dilatata. *Antheræ* didymæ, lobis diſcretis, apici filamentorum affixæ.

Pist. *Germina* tria ovata. *Styli* tres breviſſimi. *Stigmata* duo, leniter diviſa.

Per. *Folliculi* tres ovati, divaricati, latere interiore longitudinaliter dehiſcentes.

Sem. aliquot.

Scandens. 1. Euryandra.

Ευρυς *latus*, *amplus*, et ανηρ, ανδρος, *masculus*; quia filamenta seu masculæ floris partes apice imprimis sunt dilatatæ.

Explicatio Tab. XLI.

Fig. *a.* Flos nondum apertus.
b. idem apertus.
c. Stamen } magnitudine aucta.
d. pistilla, }
e. Folliculus effoetus, magnitudine naturali.

TETRAGYNIA.

42. DRIMYS.

CAL. *Perianthium*, inferum, monophyllum, integrum, dehiſcens.
COR. *Petala* ſex ovata patentia.
STAM. *Filamenta* numeroſa, cylindrica, apice craſſiora, brevia. *Antheræ* didymæ, lobis ſummo apice tantum cohærentibus, filamentorum apici adnatis.
PIST. *Germina* quatuor obovata. *Styli* nulli. *Stigmata* plano depreſſa germini adnata.
PER. *Baccæ* quatuor, obovatæ ſubpedicellatæ tetraſpermæ.
SEM. quatuor, ovata, ſubtriquetra.

Winteri. 1. D. pedunculis aggregatis terminalibus.
Axillaris. 2. D. pedunculis ſubternis axillaribus.

Δριμυς, *acri guſtu*; quoniam Cortex utriuſque ſpeciei eſt acerrimus et pungens.

Explicatio Tab. XLII.

Fig. *a.* Flos D. *axillaris* magnitudine naturali.
b. idem, auctus, ablatis petalis.
c. d. e. Stamina maximè aucta.
f. germina.
g. germen ſingulum.
h. idem auctum.
i. Bacca.
k. eadem diſſecta.
l. ſemen.
m. Germina floris D. *Winteri.*
n. flos apertus.
o. idem ſupinus.
p. germina & ſtamina aucta.
q. Stamen aucta.
r. Stamen ſingulum magnitudine naturali.
ſ. idem valde auctum.
t. germen ſolitarium magnitudine naturali.
u. x. germina valde aucta.
y. bacca diſſecta.
z. ſemina.

MONADELPHIA

POLYANDRIA.

43. PLAGIANTHUS.

CAL. *Perianthium* breve, quinquefidum, laciniis minimis.

COR. *Petala* quinque, ovata, duo magis approximata, a reliquis remotiora.

STAM. *Filamenta* monadelpha, connata in cylindrum, longitudine petalorum. *Antheræ* duodecim circiter, ovatæ, confortæ in apice cylindri.

PIST. *Germen* ovatum, minimum. *Stylus* filiformis intra cylindrum Staminum reconditus. *Stigma* clavatum.

PER. *Bacca.*

SEM.

OBS. Bacca lecta antequam videramus florefcentiam, ex herbario deinde perdita, imperfectam reddidit cognitionem hujus generis.

Divaricatus. 1. PLAGIANTHUS.

Origo vocis e *πλαγιος obliquus, in latus deflexus*, et *ανθος flos*; quoniam corollæ petala ſunt inæqualia et ita diſpoſita, ut flores ſemper in latera deflexi videantur.

EXPLICATIO TAB. XLIII.

FIG. *a.*, *b.* Flores magnitudine aucta.
c. Flos, magnitudine naturali.
d. Staminum cylindrus.
e. idem auctus.
f. Anthera ſingula aucta.
g. Piſtillum
h. idem auctum.

44. CROSSOSTYLIS.

CAL. *Perianthium* turbinatum quadrangulare, quadripartitum, germini adnatum, laciniis ovatis, patentibus perſiſtentibus.

COR. *Petala* quatuor, elliptica, ungue anguſto calyci inſerta.
Nectarium, corpuſcula filiformia, ciliata, viginti, Staminibus interjecta ex eorum urceolo.

STAM. *Filamenta* viginti filiformia, fere longitudine calycis, baſi in urceolum connata. *Antheræ* parvæ, ſubrotundæ.

PIST. *Germen* convexum, ſuperum. *Stylus* cylindricus perſiſtens, longitudine Staminum. *Stigma*, Corona e laciniis quatuor, patentiſſimis trifidis.

PER. *Bacca* hemiſphærica, multiſtriata, ſupera, unilocularis.

SEM. plura, ſubgloboſa, collocata circa receptaculum columnare in centro baccæ.

Biflora. 1. CROSSOSTYLIS.

Κροσσος *fimbria*, et ϛυλις *Columella* ſ. *Stylus*; ob Stigma laciniatum.

EXPLICATIO TAB. XLIV.

FIG. *a.*, *b.* Flos magnitudine naturali.

c. pars Nectarii cum Staminibus.

d. eadem aucta.

e. piſtillum.

f. Stigma multoties auctum.

g. bacca diſſecta.

h. eadem, oſtendens receptaculum ſeminum in medio.

S Y N G E N E S I A

POLYGAMIA ÆQUALIS.

45. ADENOSTEMMA.

CAL. *Communis*, polyphyllus, hemisphæricus, foliolis linearibus, æqualibus erectis.
proprius nullus.

COR. *Composita* uniformis. *Corollulæ* Hermaphroditæ æquales; *propria* infundibuliformis, limbo brevi quinquefido, laciniis acutis, patentibus, æqualibus, barbatis.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria. *Anthera* cylindrica tubulosa.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* teres, longitudine Corollæ. *Stigmata* duo Stylo longiora exserta.

PER. nullum. Calyx immutatus.

SEM. cylindrica, longa, papulosa. *Pappus* e glandulis tribus pedicellatis in apice Seminis.

REC. nudum, planiusculum.

Viſcoſa. I. ADENOSTEMMA.

Αδην *glandula,* et στεμμα *Corona:* quia Semen pappi loco glandulis tribus eſt coronatum.

EXPLICATIO TAB. XLV.

FIG. *a.* Capitulum floſculorum.
b. floſculus ſolitarius.
c. idem auctus.
d. Corolla multoties aucta.
e. Semen.
f. idem auctum.
g. receptaculum.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

46. BRACHYGLOTTIS.

CAL. Communis, oblongus, cylindricus, foliolis linearibus, erectis, æqualibus, tomentoſis.
proprius nullus.

COR. Compoſita, radiata. *Corollulæ* hermaphroditæ plures in disco, femineæ paucæ in radio.
propria *Hermaphroditis* infundibuliformis, calyce paullo longior, limbo quinquefido, æquali, erecto.
Femineis, tubuloſa, ligulata, tubo capillari ſubrecurvo, ligula breviſſima, tridentata.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque breviſſima. *Anthera* cylindrica, tubuloſa, apice quinque-cuſpidata.

PIST. Hermaphroditis *Germen* minimum. *Stylus* filiformis longitudine Corollæ. *Stigma* bifidum revolutum.
Femineis ſimillimum.

PER. nullum. Calyx immutatus.

SEM. Hermaphroditis ſolitaria, oblonga. *Pappus* denſus plumoſus. Femineis ſimillima.

REC. nudum planiuſculum.

Repanda. 1. B. foliis ovatis repando-ſinuatis.
Rotundifolia. 2. B. foliis ſubrotundis integerrimis.

Nominis etymon petitum a βραχυς *brevis*, et γλωττις *lingula*, ſeu ligula.

Explicatio Tab. XLVI.

Fig. *a.*, *b.* Floſculorum capitulum.
c. idem auctum.
d. foliolum calycinum.
e. idem auctum
f. floſculus hermaphroditus auctus.
g. floſculus femineus auctus.
h. idem multoties auctus.
i. pappi pars aucta.

POLYGAMIA SEGREGATA.

47. LAXMANNIA.

CAL. *Communis* polyphyllus, cylindricus, foliolis circiter decem, ſubſpatulatis, interioribus erectis, exterioribus patulis brevioribus.

Perianthium proprium, inferum, membranceum, lineare, apice bidentatum.

COR. *univerſalis*, uniformis, convexa.

propria tubuloſa, quadrifida, laciniis oblongis, revolutis.

STAM. *Filamenta* quatuor Capillaria. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, erecta, extra Corollam.

PIST. *Germen* ſuperum *Stylus* filiformis, longitudine Corollæ. *Stigmata* duo conniventia.

PER. nullum.

SEM. Solitarium, oblongum, ſuperum. *Pappus* nullus.

REC. paleaceum, paleis ſpatulatis longitudine calycis.

Arborea. 1. LAXMANNIA.

Ericus Laxman Suecus, nunc Profeſſor Petropolitanus, in Sibiria ſcientiam naturalem plurimis novis inventis auxit.

EXPLICATIO TAB. XLVII.

FIG. *a.* Capitulum florum.
b. Calycis communis foliolum.
c. floſculus, parum auctus.
d. calyx proprius, valde auctus.
e. floſculus maximè auctus.
f. piſtillum.
g. idem auctum.
h. palea receptaculi.

SYNGENESIA MONOGAMIA.

MONOGAMIA.

48. SHAWIA.

CAL. *Perianthium* imbricatum, cylindricum, ſquamis quinque vel ſex oblongis, tribus interioribus longioribus ſubæqualibus.

COR. infundibuliformis, brevis, limbo quinquefido, lineari, patente.

STAM. *Filamenta* quinque capillaria. *Anthera* cylindracea tubuloſa.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis corolla longior. *Stigma* bifidum, patens.

PER. nullum. Calyx immutatus, pervius.

SEM. ſolitarium, oblongum. Pappus piloſus, baſi pubeſcens

REC. nudum.

Paniculata. 1. SHAWIA.

Thomas Shaw S. T. P. Oxonienſis, Itinere in orientem et per Africam ſuſcepto clarus, Plantas undique ſummo ſtudio collectas Angliæ intulit, & plures novas deſcripſit.

EXPLICATIO TAB. XLVIII.

FIG. *a.* Flos.
b. Calyx.
c. Corolla.
d. ſemen.

G Y N A N D R I A

D I A N D R I A.

49. Thelymitra.

Cal. *Spathæ* lanceolatæ, acutæ, univalves, unifloræ.
Cor. *Petala* ſex ovato-lanceolata, patentia, concava, tria exteriora majora.
Nectarium monophyllum, bilabiatum; Lab. *ſuperius* truncatum breviſſimum. *L. inferius* erectum, trifidum, lacinia media cucullata, lateralibus tenuibus barba radiante in apice.
Stam. *Filamenta* duo piſtillo inſidentia minima. *Antheræ* ovatæ; (juniores) tectæ duplicaturâ Labii inferioris nectarii.
Pist. *Germen* inferum. Stylus ovatus, brevis in centra nectarii baſi cavitate mellifera inſtructus. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* clavato-turbinata, tricarinata, trivalvis, unilocularis.
Sem. plurima, ſcobiformia, receptaculis longitudinaliter parieti adnatis, adhærentia.

Longifolia. 1. THELYMITRA.

Vox compoſita e vocabulis græcis θηλυς *foemineus* et μιτρα *mitra* vel *tegmen capitis*; quoniam partes fructificationis femineâ ſunt veluti tectæ mitra.

EXPLICATIO TAB. XLIX.

FIG. *a.* Flos.
b. Nectarium.
c. idem auctum.
d. idem a latere viſum.
e. *f.* } Stamina piſtillo adnata.
g. Capſula diſſecta.
h. eadem longitudinaliter diſſecta.

M O N O E C I A.

M O N A N D R I A.

50. Balanophora.

Flores Masculi, ad basin capituli, duplici ordine, magni pauci.

Cal. nullus.
Cor. *Petala* quatuor lanceolata, crassiuscula patentia.
Stam. *Filamentum* unicum, cylindricum, erectum, longitudine petalorum. *Anthera* oblongo-ovata, erecta, canaliculata.

Flores Feminei innumeri, minutissimi, fere totum capitulum occupantes; insidentes receptaculis minimis confertissimis, pluribus flosculis in singulo receptaculo.

Cal. nullus.
Cor. nulla.
Pist. *Germen?* minutissimum, subglobosum, monospermum? *Stylus* capillaris minutus. *Stigma* simplex.
Per.
Sem. } non vidimus.

Fungosa. 1. BALANOPHORA.

A βαλανος quod Græcis eſt *glans*, et φερω *fero*; quoniam flores in capitulo ad formam glandis facto, creſcunt.

EXPLICATIO TAB. L.

FIG. *a.* Capitulum florum, magnitudine naturali.
b. flos maſculus, magnitudine naturali.
c. receptaculum florum femineorum, magnitudine naturali.
d. idem magnopere auctum.
e. floſculus ſingulus femineus, auctus.

51. ARTOCARPUS.

Flores Masculi.

CAL. *Spathæ* nullæ.
Spadix simplex, clavatus, nudus, teres, flosculis innumeris sessilibus tectus.
Perianthium proprium, minimum, membranaceum, bivalve, valvulis æqualibus, concavis, oblongis, an semper clausis?

COR. nulla.

STAM. *Filamentum* unicum brevissimum in fundo perianthii. *Anthera* erecta, oblonga, longitudine filamenti.

Flores Feminei, in eadem arbore.

CAL. *Spathæ* bivalves ovato-lanceolatæ, compressæ, deciduæ.
Spadix ovatus, germinibus plurimis connatis tectus.
Perianthium proprium nullum.

COR. nulla.

PIST. *Germen* cuneatum, apice globoso-acuminatum *Stylus* nullus. *Stigma* punctum prominulum marcescens.

PER. *Fructus* ovato-globosus, farinaceus, constans germinibus connatis, superficie figuris hexagonis irregularibus exaratus.

SEM. pro singulo germine solitaria, oblonga, apice pilo longo coronata, insidentia receptaculo in centro fructus, immersaque pulpa.

OBS. Fructificatio fœminea abortat in planta culta, hinc imperfecta evasit descriptio.

Communis. 1. ARTOCARPUS.

Soccus. Rumph. tom. I. lib. i. cap. 27, 28. tab. 32, 33.

Αρτος *Panis*, et καρπος *fructus*; Fructus panis loco adhibitus.

EXPLICATIO TAB. LI.

FIG. *a.* Spadix maſculus.
b. floſculus maſculus magnitudine naturali.
c. idem auctus.
d. idem apertus cum Stamine.
e. Spadix femineus
f. idem diſſectus.

EXPLICATIO TAB. LI. A.

Fructus magnitudine naturali.

52. CASUARINA.

Flores Maſculi.

CAL. *Spathæ* nullæ. Spadix filiformis, medio craſſior, imbricatus. *Perianthium*, ſquamula minutiſſima, ovata, acuta, ciliata, uniflora.

COR. *Squamulæ* duæ ovatæ, concavæ, baſi cohærentes, calyce duplo minores, dorſo & margine ciliatæ.

STAM. *Filamentum* unicum, capillare, calyce longius. *Anthera* didyma, apice ex utraque parte acuminata.

Flores Feminei.

CAL. *Spathæ* nullæ. *Amentum* ovato-cylindricum ſquamatum. *Perianthium* Squamula perſiſtens ovata, acuta, carinata, ciliata ut in Maſc.

COR. nulla.

PIST. *Germen* minutum. Stylus filiformis ſpadice longior, exſertus plus minus bifidus. Stigmata majuſcula, ſæpe iterum bifida.

PER. *Strobilus* cylindricus; *Capſulæ* conicæ, bivalves, valvulis perpendiculariter dehiſcentibus.

SEM. ſolitarium, conicum, margine & apice membranaceum.

Equisetifolia. 1. CASUARINA.

Casuarina littorea Rumph. amb. III. lib. iv. c. 50. tab. 57.

Nomen huci plantæ a Clariss. Rumphio impositum.

EXPLICATIO TAB. LII.

FIG. *a.* Spadix masculus, magnitudine naturali.
b. pars ejusdem Spadicis lente aucta.
c. Squamula calycina, } magnopere aucta.
d. Corolla cum Stamine, } magnopere aucta.
e. Amentum femineum magnitudine naturali.
f. idem auctum cum stylis.
g. Strobilus magnitudine naturali.
h. Capsula singula magnitudine naturali.
i. eadem aucta.
k. eadem dehiscens.
l. Stamen, lente auctum.

MONOECIA PENTANDRIA

P E N T A N D R I A.

53. Elatostema.

Flores Mafculi.

Cal. nullus.
Cor. quinquepartita, laciniis ovatis acuminatis patentiffimis.
Stam. *Filamenta* quinque, corolla longina, bafi latiora, fe exfiliendo erigentia. *Antheræ* cordato-didymæ.

Flores Feminei in fafciculo ejufdem plantæ.

Cal. nullus.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* minimum. *Stylus* brevis, teres. *Stigmata* tria, bifida, Stylo longiora.
Per. *Capfula* minima, oblonga, bivalvis, monofperma.
Sem. unicum, ovatum.
Rec. commune abit in Baccam globofam, capfulas numerofas in fuperficie diffitas gerentem.
Obs. Quantum affinitatis hoc genus cum Dorstenia habeat, determinent illi quibus utriufque Generis fructificationem intueri licebit.

Pedunculatum.	1.	E. pentandrum.
Sessile.	2.	E. tetrandrum.

Ελατος *elasticus*, et ςημα, *stamen plantæ*; quoniam Stamina elastice prosiliunt.

EXPLICATIO TAB. LIII.

FIG. *a.* Flos masculus.
b. Stamen.
c. fasciculus florum femineorum.
d. flosculus femineus solitarius.
e. idem lente auctus.
f. receptaculum baccatum, magnitudine naturali.

HEXANDRIA.

54. EPIBATERIUM.

Flores Mafculi.

CAL. *Perianthium* duplex; *exterius* hexaphyllum, minimum, planum: *interius* triphyllum, exteriore triplo majus, foliolis ovatis; utrumque deciduum.
COR. *Petala* fex, calyce interiore minora, fubrotunda.
STAM. *Filamenta* fex capillaria, incurva, longitudine petalorum. *Anthera* fubrotundæ.

Flores Feminei in eadem planta.

CAL. }
COR. } ut in Mafculis.
PIST. *Germina* tria fubglobofa. *Styli* tres incurvi, minimi. *Stigmata* patentia compreffa.
PER. *Drupæ* tres fubglobofæ, monofpermæ, Stylo perfiftente mucronatæ.
SEM. *Nux* reniformis, compreffa, fubfulcata.

Pendulum. 1. EPIBATERIUM.

Ab επι et βαινω *inſcendo*; quia eſt planta ſcanſoria.

EXPLICATIO TAB. LIV.

FIG. *a.* Flos maſculus.
b. idem a tergo viſus et auctus.
c. idem, ſitu ſupino.
d. Corolla cum Staminibus.
e. flos femineus.
f. germina magnitudine aucta.
g. Bacca ſingula.
h. eadem diſſecta.

55. POMETIA.

Flores Mafculi.

CAL. *Perianthium* monophyllum, fexfidum, breviffimum, rotatum laciniis rotundatis,

COR. *Petala* fex, orbiculata, erecta, calyce paullo longiora.
Nectarium, feu receptaculum elevatum, torulis fex notatum.

STAM. *Filamenta* fex fubulata, erecta, corolla triplo longiora, in margine nectarii. *Antheræ* parabolicæ, bafi bifidæ.

PIST. Rudimentum in centro floris.

Flores Feminei in eodem racemo cum Mafculis.

CAL. } ut in mare.
COR. }

PIST. *Germen* obcordato didymum. *Stylus* filiformis Corolla quadruplo longior. *Stigma* fimplex, compreffum.

PER. *Bacca* globofa, carnofa, monofperma, fupera.

SEM. unicum, ovatum in centro baccæ.

OBS. Ad Polygamiæ Claffin forte fpectat hoc genus. Rudimenta Staminum interdum in floribus femineis obfervantur. Germinis alterum loculamentum in fructu maturo omnino deficit, nec ejus ullum veftigium reperitur.

Pinnata. 1. POMETIA

Palorum arbor alba latifolia. Rumph. amb. III. t. 65.

Pomet, Gallus, clarus libro perutili, *Histoire des Drogues*, in quo plura ad Botanicen spectantia, tunc obscura, illustravit.

EXPLICATIO TAB. LV.

FIG. *a.* Flos masculus.
b. idem, lente auctus.
c. petalum, magnopere auctum.
d. Nectarium, cum Staminibus, et pistilli rudimento, valde auctis.
e. Rudimentum pistilli.
f. Flos femiueus.
g. idem magnitudine aucta.
d. germen auctum et dissectum.
i. Bacca magnitudine naturali.
k. eadem dissecta.
l. Semen.

MONOECIA ADELPHIA

ADELPHIA.

56. Aleurites.

Flores Maſculi.

Cal. *Perianthium* trifidum, breviſſimum, laciniis ovatis, obtuſis.
Cor. *Petala* quinque oblonga, patentia, calyce triplo longiora.
Nectarium Squamæ quinque ſubangulatæ, breviſſimæ ad baſes petalorum.
Stam. *Filamenta* numeroſa connata in receptaculum conicum columnare. *Antheræ* ſubrotundæ.

Flores Feminei pauci in eodem corymbo.

Cal. }
Cor. } ut in mare; ſed majora.
Nectar. }
Pist. *Germen* conicum ſuperum. *Stylus* nullus. *Stigmata* duo breviſſima.
Per. *Bacca* magna, globoſa, dicocca.
Sem. duo, globoſa, duplici cortice tunicata.

Triloba. 1. ALEURITES.

Αλευριτης, *farinaceus*; quia arboris partes variæ quaſi farinâ ſunt aſperſæ.

EXPLICATIO TAB. LVI.

FIG. *a.* Flos maſculus.
b. ejuſdem Calyx
c. ejus petalum
d. Corpuſculum Staminum, magnitudine naturali.
e. idem auctum.
f. idem diſſectum.
g. Stamen ſingulum ſeparatum et valde auctum.
h. flos femineus, ſupinus.
i. idem a latere
k. germen.
l. fructus, } magnitudine naturali.
m. idem diſſectus, }

MONOECIA SYNGENESIA

SYNGENESIA.

57. GLOCHIDION.

Flores Masculi.

CAL. nullus.
COR. *Petala* sex ovata, concava, patentia, subæqualia.
STAM. *Filamenta* tria, minutissima, inconspicua. *Anthera* cylindrica, erecta, ex antheris tribus connatis didymis, apice cuspide notatis.

Flores Feminei.

CAL. nullus.
COR. Sexpartita, infera laciniis tribus interioribus.
PIST. *Germen* globosum sexsulcatum. *Stylus* nullus. *Stigmata* sex seu octo brevissima, minima, conniventia.
PER. *Capsula* supera, depressa, rotunda, sexlocularis, sexvalvis duodecimstriata, dehiscens.
SEM. subglobosa, solitaria.

Ramiflorum. I. GLOCHIDION.

A γλωχις *cuſpis*; ob antheras cuſpidatas.

EXPLICATIO TAB. LVII.

FIG. *a.* Flos maſculus.
b. idem, magnopere auctus.
c. Stamina coalita.
d. flos femineus magnitudine naturali.
e. idem auctus.
g. germen diſſectum, et auctum.
g. Capſula, } magnitudine naturali.
d. Semen, }

DIOECIA

MONANDRIA.

58. PHYLLACHNE.

Flores Mafculi.

CAL. *Perianthium* triphyllum, foliolis minutis, fubulatis, in margine germinis.

COR. Monopetala, tubulofa. *Tubus* cylindricus, patulus. *Limbus* quinquefidus, patens, laciniis oblongis, obtufis longitudine tubi.

STAM. *Filamentum* unicum capillare, erectum, longitudine Corollæ, bafi utrinque glandula notatum. *Anthera* fubglobofa, trifulca.

Flores Feminei in diverfa planta.

CAL. } ut in Mafc.
COR. }

PIST. *Germen* turbinatum inferum. *Stylus* capillaris longitudine corollæ, bafi utrinque glandula notatus. *Stigma* fub capitatum, e glandulis quatuor, duabus fummis majoribus.

PER. *Bacca?* unilocularis, infera, polyfperma.

SEM. numerofa, ovato-oblonga, minima, receptaculo affixa.

OBS. Fructum nondum maturum vidimus; forte poftea excrefcit in Capfulam. Mirum in hac planta flores mafculos, quamvis Stylis carentes, germinibus tamen impofitos effe, quæ etiam rudimentis feminum gaudent.

Uliginosa. I. PHYLLACHNE.

A Φυλλον, *folium*; et αχνα *gluma*; quoniam folia et perianthia ſubulata habet, et glumacea.

EXPLICATIO TAB. LVIII.

FIG. *a.* Flos maſculus.
b. idem auctus.
c. Corolla aucta et diſſecta.
d. Stamen.
e. idem auctum.
f. germinis rudimentum cum Calyce.
g. idem auctum et diſſectum.
h. ſeminum rudimenta.
i. flos femineus.
k. Corolla cum piſtillo aucta et diſſecta.
l. Stylus magnitudine naturali.
m. idem auctus, germini impoſitus.
n. germen diſſectum.
o. Semina.

59. Ascarina.

Flores Maſculi.

Cal. *Amentum* filiforme, floſculis ſparſis ſeſſilibus.
Perianthium Squamula breviſſima.

Cor. nulla.

Stam. *Filamentum* unicum breviſſimum. *Anthera* oblonga, patenti recurva quadriſulca, magna.

Flores Feminei in diverſa ſtirpe.

Cal. } omnino ut in Maſc.
Cor. }

Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* nullus. *Stigma* planum, ſubtrilobum germini adnatum.

Per. immaturum, monoſpermum.

Sem. unicum.

Obs. Fructum maturum non vidimus: an Drupa?

Polyſtachya. 1. ASCARINA.

Ασκαρις, *vermiculus*; quia Antheræ figuram Vermiculi habent.

EXPLICATIO TAB. LIX.

FIG. *a.* Pedunculus floribus maſculis onuſtus.
b. Stamen.
c. idem auctum.
d. pedunculus cum floribus femineis.
e. germen.
f. idem auctum.

DIOECIA TRIANDRIA

TRIANDRIA.

60. MERYTA.

Flores Maſculi aggregati demerſique in capitulis.

CAL. *Perianthium* tripartitum, laciniis ovatis, acutis.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria longitudine Calycis. *Antheræ* oblongæ, quadriſulcæ.

Flores Feminei a nobis non ſunt reperti.

Lanceolata. 1. MERYTA.

Μηρυω glomero ; *μερυτος glomeratus* ; ob flores mafculos per glomerulos difpofitos.

EXPLICATIO TAB. LX.

FIG. *a.* Glomerulus florum mafculorum.
b. flofculus mafculus, auctus et apertus.
c. calyx.
d. Stamen, auctum.

61. Maba.

Flores Masculi.

Cal. Perianthium trifidum, laciniis acutis villosis.
Cor. Monopetala tubulosa, extus villosa: *Tubus* cylindricus calyce longior. *Limbus* trifidus laciniis ovatis crassiusculis, erectis.
Stam. *Filamenta* tria, filiformia, calyce breviora. *Antheræ* erectæ, ovatæ.
Pist. Rudimentum globosum subsessile in centro floris.

Flores Feminei.

Cal. *Perianthium* inferum, persistens, ut in Masc.
Cor. } non nisi fructum vidimus.
Pist. }
Per. *Drupa* supera, ovato-oblonga, bilocularis, loculamentis dispermis.
Sem. *Nuces* duæ, oblongæ, triquetræ, dorso convexiusculæ, lateribus duobus planis.

Elliptica. 1. MABA.

Maba, vox barbara, plantis hujus generis ab incolis Insularum *Tonga-tabu* & *Namoka*, imposita.

EXPLICATIO TAB. LXI.

FIG. *a.* Flos masculus.
b. idem auctus.
c. Stamina cum rudimento pistilli, valde aucta.
d. Stamen solitarium, auctum.
e. Drupa magnitudine naturali.
f. eadem dissecta.
g. *h.* } Nuclei.
i. Nucleus dissectus & auctus.

DIOECIA PENTANDRIA.

PENTANDRIA.

62. MELICYTUS.

Flores Maſculi.

CAL. *Perianthium* quinquedentatum, breviſſimum.
COR. *Petala* quinque ovata, acuta, horizontalia.
Nectarium, corpuſcula quinque clavata, cyathiformia, apice excavata, latere interiore Staminifera, erecta.
STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* quinque, ovato-ſubrotundæ interius quadriſulcæ, nectariis a latere interiore longitudinaliter adnatæ, iis paullo longiores.

Flores Feminei.

CAL. } ut in Maſc.
COR. }
Nectarium, Squamulæ quinque triangulæ, acutæ, germini appreſſæ.
PIST. *Germen* ovato-globoſum. *Stylus* nullus. *Stigma* planum quadrilobum, ſtellatum.
PER. Bacca? unilocularis, polyſperma.
SEM. minima, angulata.
OBS. *Fructus* non niſi ex germine diſſecto nobis cognitus.

R 2

Ramiflorus. 1. MELICYTUS.

Nomen ortum e vocibus *μελι mel*, ſeu *nectar*, et *κυτος*, *cavitas*, *alveolus* ; quod antheræ ſint adnatæ alveolo nectarifero.

EXPLICATIO TAB. LXII.

FIG. *a.* Flos maſculus.
b. Stamen magnopere auctum.
c. idem a latere exteriore oſtendens Nectarium.
d. Flos femineus.
e. idem lente auctus.
f. Nectarii Squamula, } magnitudine aucta.
g. piſtillum, } magnitudine aucta.
h. germen diſſectum, et auctum.

DIOECIA POLYANDRIA

POLYANDIA.

63. MYROXYLON.

Flores Masculi.

CAL. Perianthium quadri seu quinquepartitum, foliolis subrotundis minutis, patentibus.

COR. nulla.

Nectarium minimum, annulare, crenulatum, Stamina cingens.

STAM. *Filamenta* numerosa (20. 50.) capillaria, calyce duplo longiora. *Antheræ* subrotundæ, parvæ.

Flores Feminei.

CAL.
COR.
Nect. } ut in Masculis.

PIST. *Germen* ovato-globosum. *Stylus* vix ullus, cylindricus. *Stigma* obtusum, planum, obsolete trifidum.

PER. *Bacca?* sicca, subbilocularis, oblonga, loculis dispermis.

SEM. duo triquetra, dorso convexa, lateribus plana. Dissepimentum incompletum in fundo Baccæ.

Suaveolens. 1. M. fol. ovatis, ſerratis.
Orbiculatum. 2. M. fol. ſubrotundis integerrimis.

Μυϱον *Unguentum* ; ξυλον *lignum* : Incolæ hoc ligno oleum *cocos nuciferæ* odore fragrante inficiunt, eoque Capillos inungunt.

Explicatio Tab. LXIII.

Fig. *a.* Flos maſculus a tergo viſus.
b. idem, paullo auctus.
c. Nectarii annulus, lente auctus.
d. Stamen, auctum.
e. flos femineus magnitudine naturali.
f. ejuſdem piſtillum cum Nectario.
g. Bacca lente aucta.
h. eadem diſſecta.
i. Semen, auctum.
k. flos femineus ſpeciei *ſuaveolentis.*
l. ejuſdem germen paullo auctum.

64. HEDYCARYA.

Flores Mafculi.

CAL. *Perianthium* monophyllum, plano-rotatum, octo feu decemfidum, laciniis lanceolatis fubæqualibus.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* plurimæ (50) oblongæ, quadrifulcæ, apice barbatæ, per totum fundum Calycis feffiles.

Flores Feminei.

CAL. } ut in Mafc. perfiftens.
COR. }

PIST. *Pedicelli* breves numerofi, cylindrici, in medio calycis elevantes *Germina* globofo-depreffa; *Styli* nulli. *Stigmata* papillæ per germina fparfæ.

PER. *Nuces* (fex feu decem) pedicellatæ, globofæ, fuboffeæ, monofpermæ.

SEM. *Nuclei* folitarii, globofi.

REC. commune in medio Calycis, lanatum.

Arborea. 1. HEDYCARYA.

A vocibus ἥδυς *dulcis,* et καρυα *nucifera arbor*; quoniam dulces admodum nuces fert hoc genus arboris.

EXPLICATIO TAB. LXVI.

FIG. *a.* Flos maſculus.
b. idem apertus, et parum auctus.
c. Stamen.
d. idem magnopere auctum.
e. flos femineus a tergo, } magnitudine naturali.
f. idem ſupinus, }
g. piſtillum ſingulum.
h. idem auctum
i. Nuces magnitudine naturali.
k. Nux ſolitaria, diſſecta.
l. receptaculum lanatum, magnitudine aucta.

P O L Y G A M I A.

M O N O E C I A.

65. Thryocephalon.

Flores Hermaphroditi in *ſpicula* tri- vel quadriflora.

Cal. Univalvis, *Gluma* oblonga, acuta, compreſſa.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* tria capillaria. *Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo filiformes baſi infima coaliti; *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum.
Sem. ſolitarium ſubrotundum liberum, compreſſum.

Flos Femineus, ſeſſilis, ad baſin & ex oppoſito ſpiculæ hermaphroditæ.

Cal. *Gluma* univalvis, oblonga, acuta, compreſſa, ſeſſilis.
Cor. nulla.
Stam. nulla.
Pist. }
Per. } ut in Hermaphroditis.
Sem. }

Nemorale. 1. THRYOCEPHALON.

Derivatur nomen a θρυον *Scirpus*, et κεφαλη *caput*. s. *capitulum*.

EXPLICATIO TAB. LXV.

FIG. *a.* Capitulum.
b. Spicula hermaphrodita cum flore femineo oppofito, magnitudine naturali.
c. eadem aucta.
d., *e.* } Flofculi magnopere aucti.
f. Stamen, } multum aucta magnitudine.
g. Piftillum, }

66. Aporetica.

Flores Hermaphroditi.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, foliolis ſubrotundis, duobus exterioribus magis concavis.

Cor. *Petala* quatuor oblonga concava, longitudine Calycis.
Nectarium quadrifidum breviſſimum, ſtamina cingens, lacinulis emarginatis.

Stam. *Filamenta* octo ſubulata, lateraliter e receptaculo orta. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germina* duo globoſa, ſubdiſtincta, pedicellata receptaculo cylindrico. *Styli* duo divaricati. *Stigmata* ſimplicia.

Per. } Sem. } Matura nobis non viſa. *Germina* unilocularia, monoſperma, evalvia erant.

Flores Maſculi.

Cal. Cor. Nect. Stam. } ut in Hermaphrodito.

Ternata. I. APORETICA.

Nomen derivatum a voce *απορητικος*, *dubius*, *ambiguus* : quod Characteres hujus plantæ non ſint adeo conſpicui, ut ſine ulla hæſitatione nomen eidem potuerim imponere ; verum diu ambiguus fui de nomine, et denique optimum duxi, dubitationis cauſas ipſo nomine ingenue confiteri.

EXPLICATIO TAB. LXVI.

FIG. *a.* Flos maſculus.
b. idem auctus, et ſupinus.
c. Stamen auctum.
d. Flos hermaphroditus.
e. piſtillum.

DIOECIA.

67. PENNANTIA.

Flores Hermaphroditi.

CAL. nullus.
COR. *Petala* quinque lanceolata, acuta patentiſſima.
STAM. *Filamenta* quinque capillaria, longitudine petalorum. *Antheræ* oblongæ incumbentes.
PIST. *Germen* ſuperum, obtuſe trigonum. *Stylus* nullus. *Stigma* planum peltatum, ſubtrilobum.
PER. *Germen* triquetrum, biloculare, loculamentis monoſpermis, altero plerumque abortante: Fructum maturum non obtinuimus.
SEM. ſolitaria, ſubtriquetra.

Flores Maſculi.

CAL. }
COR. } ut in hermaphrodito.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, petalis duplo longiora. *Antheræ* ovatæ, incumbentes.

Corymbosa. 1. PENNANTIA.

Nomen huic generi impositum a Clarissimo Thoma Pennant, Armigero, qui Scientiam Naturæ indefesso studio prosequitur, novisque incrementis auget.

EXPLICATIO TAB. LXVII.

FIG. *a.* Flos masculus.
b. Corolla.
c. Stamen.
d. rudimentum Styli.
e. Flos hermaphroditus.
f. ejus Stamen.
g. *h.* } pistillum.
i. germen auctum et dissectum.

68. ACIPHYLLA.

Flores Hermaphroditi.

CAL. *Involucrum* univerſale et partiale (ſi adſunt) pentaphyllum, foliolis ſubulatis brevibus, ad latus exterius umbellæ.
Umbella univerſalis radiis paucis inæqualibus, exterioribus duplo longioribus.
partialis convexa, radiis pluribus, tenuibus, æqualibus.
Perianthium proprium, minutum, pentaphyllum, ſuperum, foliolis erectis, obtuſiuſculis.

COR. *Univerſalis* æqualis convexa, floſculis omnibus hermaphroditis.
propria. Petala quinque ovata acuta, utrinque attenuata, conniventia.

STAM. *Filamenta* quinque filiformia apice incurva, longitudine petalorum. *Antheræ* oblongæ, didymæ, deflexæ.

PIST. *Germen* inferum, oblongum. *Styli* duo divaricati, breves, cylindrici. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Fructus* oblongus, pentagonus, bipartibilis, calycinis foliolis coronatus.

SEM. Duo, oblonga, hinc plana, inde ſubtrigona.

Flores Maſculi.

CAL. *Involucrum* univerſale et partiale triphyllum, ut in Hermaph.
Umbella. } ut in Hermaphrodito.
Perianth. } ut in Hermaphrodito.

COR. } ut in Hermaphrodito.

STAM. *Filamenta* quinque filiformia petalis duplo longiora. *Antheræ* ovatæ erectæ.

Squarrosa. 1. ACIPHYLLA.

Folia hujus plantæ sunt mucronata, ideoque nomen eidem imposuimus e Vocabulis Græcis compositum *ακις acumen, mucro, cuspis*; et *φυλλον folium.*

EXPLICATIO TAB. LXVIII.

FIG. *a.* Umbella.
b. Flos masculus.
c. ejus petalum auctum.
d. Stamina cum corolla, aucta.
e. Flos hermaphroditus.
f. idem, auctus, jam deciduis petalis.
g. Petalum auctum.
h. Stamen, auctum.
i. Fructus.
k. idem auctus.
l. idem, in Semina duo partitus.

69. Coprosma.

Flos Hermaphroditus.

Cal. *Perianthium* breviſſimum, inferum, perſiſtens, denticulis quinque acutis diſtantibus.
Cor. Monopetala, turbinato-campanulata, quinquefida (ſeu 7. fida) laciniis ſubulatis, acutis, erectis.
Stam. *Filamenta* quinque (6. 7.) capillaria. *Antheræ* oblongo-lineares acuminatæ, erectæ, baſi bifidæ.
Pist. *Germen* oblongum. *Styli* duo filiformes, baſi ſubcohærentes, extra Corollam divaricati. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Bacca* ovato-globoſa, diſperma.
Sem. duo, ovata, hinc plana, inde convexa.

Flores Maſculi.

Cal.
Cor. } ut in Hermaphrodito.
Stam.

Fœtidiſſima. 1. C. floribus ſolitariis.
Lucida. 2. C. pedunculis compoſitis.

Nomen huic generi impoſitum a *κοπρος ſtercus*; et *οσμη odor*; quoniam prima ſpecies a nobis reperta intenſiſſime foetebat.

Explicatio Tab. LXIX.

Fig. *a.* Flos maſculus.
b. ejuſdem Calyx et corolla.
c. ejus Stamen.
d. Flos hermaphroditus.
e. Bacca.
f. eadem diſſecta.
g. Semen.
h. Flos maſculus, C. *lucidæ*.
i. ejuſdem flos femineus.
k. ejuſdem Bacca.

70. Scopolia.

Flos Hermaphroditus.

Cal. *Perianthium* ſuperum minutum, quinquedentatum.

Cor. }
Stam. } jam decidua.

Pist. *Germen* inferum, oblongum. *Styli* tres, cylindrici, breviſſimi. *Stigmata* ſimplicia.

Per. }
Sem. } non vidimus. Germen monoſpermum eſſe videbatur.

Flos Maſculus.

Cal. ut in Hermaphrodito.

Cor. *Petala* quinque lanceolata, horizontaliter, patentia.

Stam. *Filamenta* quinque ſubulata; *Antheræ* ſubrotundæ.

Lucida. 1. SCOPOLIA.

D. J. A. Scopoli, Botanicus, Zoologus & Mineralogus eximius, diu jam meruit, ut memoria illius, nomine plantæ conſervaretur.

EXPLICATIO TAB. LXX.

FIG. *a.* Flos maſculus.
b. Calyx.
c. flos maſculus auctus et ſupinus.
d. Stamen auctum.
e. Flos hermaphroditus jam deciduis Staminibus.
f. idem auctus.
g. Stylus auctus.
h. germen diſſectum & auctum.

71. CEODES.

Flores Maſculi.

CAL. nullus.
COR. Monopetala, tubo turbinato, brevi; limbo quinquefido laciniis ſubrotundis, revolutis.
STAM. *Filamenta* decem ſubulata, alterna longitudine petali, alterna minora laciniis corollæ oppoſita. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* nullum. *Stylus* filiformis longitudine Staminum. *Stigma* dilatatum, obtuſum.

Flores Hermaphroditi nobis non innotuêre.

Umbellifera. I. CEODES.

Vox Græca κηωδης ſignificat *bene olentem*, *fragrantem*, quales ſunt flores noſtræ plantæ.

EXPLICATIO TAB. LXXI.

FIG. *a.* Flos nondum apertus.
b. idem apertus.
c. Stamen paullo auctum.
d. Stylus auctus.

72. Melistaurum.

Flores Masculi.

Cal. nullus, nisi corollam dicas.

Cor. minuta, quinquepartita, laciniis subrotundis concavis patentibus.

Nectarium campanulatum, truncatum, corollæ insertum, margine staminiferum.

Stam. *Filamenta* viginti margini nectarii inserta, horum alterna subulata fertilia, alterna crassiora, apice pilosa, castrata. *Antheræ* (fertilibus) subrotundæ.

Pist. *Germen* crassiusculum in centro floris. *Stylus* cylindricus, brevis. *Stigma* obtusum.

Per. } non vidimus.
Sem. }

Obs. Flores Hermaphroditos non vidimus.

Diſtichum. 1. MELISTAURUM.

Nectarifera membranula coronæ inſtar, floris interiora cingit, et filamentis eſt obvallata; unde a *nectare* ſeu *melle*, μελι; et ςαυρος *vallo e palis acutis*, diximus *Meliſtaurum*.

EXPLICATIO TAB. LXXII.

FIG. *a.* Floris gemma.
b. flos maſculus eruptus.
c. idem, valde auctus.
d. ſtamen fertile auctum.
e. ſtamen ſterile auctum.
f. rudimentum piſtilli, auctum.

POLYGAMIA TRIOECIA

TRIOECIA.

73. BREYNIA.

Flores Hermaphroditi.

CAL. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, laciniatum, ſibi diſpar; *floris* minutum laciniis ſex obtuſis arcte conniventibus apice plano-depreſſis, ut foraminulo tantum pervium ſit: *fructûs* (poſtea excreſcens) patentiſſimum triplo majus, laciniis orbiculatis, ſubæqualibus.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* quinque lineares, Stylo longitudinaliter adnatæ, approximatæ.

PIST. *Germen* minimum. *Stylus* cylindricus longitudine calycis. Stigma obtuſum.

PER. *Bacca* ſicca, globoſa, trilocularis, loculis diſpermis.

SEM. duo, dorſo convexa, lateribus duobus planis.

Flores Maſculi.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum foliolis ſubrotundis, concavis, ſubæqualibus.

COR. nulla. *Nectarium* glandulæ quinque ſubpedicellatæ cum ſtaminibus, alternæ.

STAM. *Filamenta* quinque breviſſima, *Antheræ* ſubrotundæ longitudine calycis.

Flores Feminei.

CAL. & COR. ut in Maſculis.

PIST. *Germen* globoſum. *Stylus* nullus. *Stigmata* quinque obcordata petaloidea.

PER. *Capſula* quinquelocularis.

SEM. ſolitaria ſubtriquetra.

Diſticha. 1. Breynia.

Breynia, in memoriam ſummorum Botanicorum *Jac. Breynii*, ejuſque filii *Jac. Phil. Breynii*, Med. Doct. qui ambo Gedani in horto exoticas plurimas raraſque colebant plantas, et plures ſumma arte delineatas et pro ſeculi ingenio deſcriptas edidere.

Explicatio Tab. LXXIII.

Fig. *a.* Flos hermaphroditus.
b. idem auctus.
c. ejuſdem piſtillum auctum, cum Staminibus.
d. ſtamen ſingulum, auctum.
e. piſtillum auctum.
f. calyx fructûs.
g. Fructus.
h. idem diſſectus.
i. Semen.
k. Flos maſculus.
l. Stamen auctum.
m. Nectarii foliolum auctum.
n. Flos hermaphroditus.
o. idem auctus.
p. Nectarium annulare auctum.
q. Stigma unum auctum.
r. fructus diſſectus et auctus.

C R Y P T O G A M I A

A L G Æ.

74. AYTONIA.

Maſculi Flores innati ſcrobiculo frondis.

CAL. nullus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* nulla. *Antheræ* plures, ſubulatæ, erectæ, longæ, inſiſtentes *receptaculo* hemiſphærico concavo.

Flores Feminei.

CAL. *Filamenta* ſubulata, erecta, germen ambientia?
COR. nulla.
PIST. *Germen* ſubgloboſum. *Styli* cylindrici, breviſſimi, plures germini ſparſim inſiſtentes. *Stigmata* ſimplicia.
PER. ſubgloboſum, uniloculare.
SEM. numeroſa, minuta, globoſa, nidulantia.

Rupestris. 1. AYTONIA.

Huic Algæ nomen dedimus a *Joanne Ayton*, Obfervatore curiofo, Hortulano primario Regis Magnæ Britanniæ in horto Botanico Kewenfi.

EXPLICATIO TAB. LXXIV.

FIG. *a.* Flos mafculus.
b. idem auctus.
c. Flos femineus.
d. idem auctus.
e. idem diffectus.
f. Semina.

P P E N D I X

P A L M Æ.

75. ATHRODACTYLIS.

Flores Maſculi.

CAL. *Spathæ* alternæ, ſeſſiles, ſerrato-ſpinoſæ.
Spadix; *Thyrſus* decompoſitus, ramulis alternis, ſpathis bracteatis. *Perianthium* proprium nullum

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* breviſſima, plurima, ramificationibus extimis ſpadicis ſparſim inſidentia. *Antheræ* oblongæ, acutæ erectæ, filamentis pluries longiores.

Flores Feminei in diverſa arbore.

CAL. *Spathæ* quatuor terminales, conniventes.
Spadix globoſus fructificationibus numeroſis tectus, vix incluſus.
Perianthium nullum.

COR. nulla.

PIST. *Germina* numeroſa, cuneiformia, apice convexa, interdum tuberculata, receptaculo conico, ſeu globoſo inſidentia. *Styli?* rudimenta aliquot breviſſima, in apice cujuſvis germinis, vel ex centro prodeuntia vel ſingula in quolibet tuberculo germinis.

PER. Fructus ſubgloboſus, maximus, conſtans *Drupis* numeroſis cuneatis apice convexis, lateribus anguloſis, farinaceis monoſpermis.

SEM. ſolitarium, ovale, læve, in centro Drupæ.

Spinoſa. 1. ATHRODACTYLIS.

Bromelia Sylveſtris. *Lin. Flor. Zeyl.* *Burm. Ind.* 79.
Keura *Forſkal Arab.*

Kaida. *Rheed. Hort. Malab.* p. II. t. 1—8. Pandanus *Rumph.*

Nomen derivatum a vocibus Græcis αθροος *confertus*, *denſus*, et δακτυλος *dactylus*; quoniam fructus ſeu dactyli confertim creſcunt.

EXPLICATIO TAB. LXXV.

FIG. *a.* Stamen.
b. Fructus.
c. Semen.

Monandria Digynia.

1. MNIARUM.



Diandria Monogynia.

2. ANCISTRUM.

3. CYRTANDRA.



4. BANKSIA.



5. DONATIA.



6. Blackburnia.



7. EUODIA.

Tetrandria Monogynia.

8. EMBOTHRIUM.



Pentandria Monogynia.

9. SHEFFIELDIA.



10. EPACRIS.



11. BÆOBOTRYS.



12. GENIOSTOMA.

13. DENTELLA.



Pentandria Monogynia.

14. LOPHANTHUS.

Pentandria Monogynia.

15. ARGOPHYLLUM.

16. Corynocarpus.

17. CARPODETUS.



Pentandria Monogynia.

18. GYNOPOGON.

Pentandria Digynia.

19. MELODINUS.



Pentandria Digynia

20. DICHONDRA.

Pentandria Digynia.

21. GINGIDIUM.

Pentandria Pentagynia.

22. COMMERSONIA.



Pentandria Polygynia.

23. SHEFFLERA.



Hexandria Monogynia.

24. PHORMIUM.

Hexandria Monogynia.

25. Ripogonum.



Hexandria Monogynia.

26. GAHNIA.



Octandria Monogynia.

27. ACRONYCHIA.

Octandria Monogynia.

28. MELICOPE.



Octandria Monogynia.

29. SKINNERA.

Octandria Digynia

30. CODIA.



Octandria Tetragynia.

31. HALORAGIS.



Octandria Pentagynia.

32. POLYSCIAS.

Octandria Pentagynia.

32. POLYSCIAS.

Decandria Monogynia.

33. INOCARPUS.

Dodecandria Monogynia.

34. PEMPHIS.

Dodecandria Trigynia.

35. TACCA.

Icosandria Monogynia.

36. LEPTOSPERMUM.



Icosandria Monogynia.

37. DECASPERMUM.



Polyandria Monogynia.

38. BARRINGTONIA.

Polyandria Monogynia.

38. a. BARRINGTONIA.

Polyandria Monogynia.

38. b. BARRINGTONIA.



Polyandria Monogynia.

39. MALLOCOCCA.



Polyandria Monogynia.

40. DICERA.

Polyandria Trigynia.

41. EURYANDRA.



Polyandria Monogynia.

42. DRIMYS.



Monadelphia Polyandria.

43. PLAGIANTHUS.



Monadelphia Polyandria.

44. CROSSOSTYLIS.



Syngenesia Polygamia Æqualis.

45. ADENOSTEMMA.

Syngenesia Polygamia Superflua.

46. BRACHYGLOTTIS.



Syngenesia Polygamia Segregata.

47. LAXMANNIA.

Syngenesia Monogamia.

48. SHAWIA.

Gynandria Diandria.

49. THELYMITRA.

Monoecia Monandria.

50. BALANOPHORA.



Monoecia Monandria.

51. ARTOCARPUS.



Monoecia Monandria.

51. a. ARTOCARPUS.



Monecia Monandria.

52. Casuarina.

Monoecia Pentandria.

53. ELATOSTEMA.



Monoecia Hexandria.

54. EPIBATERIUM.

55. POMETIA.



Monoecia Adelphia.

56. ALEURITES.



Monoecia Syngenesia.

57. GLOCHIDION.

Dioecia Monandria.

58. PHYLLACHNE

Dioecia Monandria.

59. ASCARINA.



Dioecia Triandria.

60. MERYTA.

Dioecia Triandria.

61. MABA.



Dioecia Pentandria.

62. MELICYTUS.

Dioecia Polyandria.

63. MYROXYLON.

Dioecia Polyandria.

64. HEDYCARYA.

Polygamia Monoecia.

65. THRYOCEPHALON.

Polygamia Monoecia.

66. Aporetica.

a

b

c

d

e

Polygamia Dioecia.

67. Pennantia.

Polygamia Dioecia.

68. Aciphylla.

Polygamia Dioecia.

69. Coprosma.

Polygamia Dioecia.

70. SCOPOLIA.



Polygamia Dioecia.

71. CEODES.

Polygamia Dioecia.

72. MELISTAURUM.



Polygamia Dioecia.

72. Melistaurum.

74. AYTONIA.



Appendix Palmæ.

75. ATHRODACTYLIS.